Id est aliquis currit et ille movetur. Item relativorum alia propria quantum ad vocem alia impropria. Quod est propria ad vocem quando relativum concordat cum suo antecedente in genere et numero. Impropria in qua non tenetur concordare. Si autem discordat in genere vel numero impropria est. Unde ibi non concordat in genere ut feminam tuo qui est creatus. In numero ut ibi divinas pietas plasmat hominem quos factor creat eos. Item relativorum alia personalis alia simplex. Personalis est quando relativum et antecedens veniunt pro eodem supposito in numero ut Sortes currit qui movetur. Simplex est quando antecedens et relativum non veniunt pro eodem supposito in numero et hoc fit multis modis. Ultra modumque relativum et antecedens veniunt determinate pro diversis appellatis ut mulier salvavit que damnavit. Ultram antecedens venit pro virgine, relativum pro Eva. Item antecedens et relativum veniunt indeterminate quia quod pro nullo appellatio ut propositiones inseparabiles cadunt casu qui nullus in eis invenitur. Item relativum venit determinate et antecedens indeterminate ut serpens est callidior omnibus aliis animalibus qui decepit Evam. Item antecedens venit determinate et relativum venit indeterminate ut hoc discernit

Unde Virgilius in ii° Georgicorum: mutatamque insita mala ferre pirum et prunis lapidosa rubescere corna. Aut notandum quod sepultus fuit antiqui tamen et sepelitus dicebant et salivi salitus et salsus. Preterea notanda sunt a salivi vel salii saltus et salturus. Ab halo halas halavi halitus nomen participiale non halatus et a spiro spiravi spiritus. Similiter nomen participiale factum non spiratus facit a pavi pastus non patus. Ab ambio ambitus correpta penultima quando nomen est nam in participio producitur. Ovidius in primo methamorphoseos: Iussit et ambite circumdare littora terre. Quod autem halavi est ab halo ostenditur versus Iuvenalis in iiii° Recomm bellorum pompa animam exhalasset opimam pro exhalavisset. Queritur autem spiro spiras et halo halas spiravi et halavi faciant cuius vocabula et habeant spiritus et halitus que puto anteriora

esse verbis ideo quia non sequi declinationem
regulam quo indictus id est indictio
et dominatus id est dominatio. Tria vero
excepta habent ante tus omnia que
preteritum in ui divisas terminat nisi sint
ex presentibus in lo vel indo divisas desinen-
tibus ut domui domitus vetui vetitus
attonui attonitus habui habitus elicui
elicitus genui genitus strepui strepitus.
Excipiuntur quidam prime coniugationis duo
que quasi per sincresim ui proferuntur
secui sectus et fricui frictus. A neco quoque
verbo necatus et nectus invenitur parti-
cipium. Sed necatus proprie dicitur ferro
nectus alia vi peremptus dicitur. Illud
quoque notandum quod Oratius ponit in Epodon
Non me lucrina iuverint conchilia magis
ve rombus aut scaris quos eois intona-
ta fluctibus hyemps ad hoc vertat
mare intonata dixit non intonita.
Sed Virgilius in iiii° Eneidorum Atto-
nitus magno imperio monitu quoque deorum
Sonaturus pro sonuturus Oratius

Omne relativum et per consequens secundam infert notitiam etc. usque ibi stabilem etc.

particula apud Grecos qui
apud nos invenitur. Tunc
relativum et antecedens veniunt
extra de diversis significatis ut
manus domini sunt crucifixe
que fecerunt nos. Tunc rela-
tivum venit pro voce et ante-
cedens pro re et econverso.
Fit quoque relatio partim simplex
et partim personalis ut san-
guis et aqua sunt sacramenta
que de latere Christi flu-
xerunt nam quantum ad san-
guinem personalis est quia
idem sanguis de latere Christi
fluxit qui in altari conse-
cratur. Sed quantum ad aquam
simplex est quia alia con-
secratur et alia fluxit.
Quando vero relatio fit ad con- (apposi-)
ceptum non est simplex sed im-
propria quantum ad vocem. Ut
fundamenta eius in montibus
sanctis diligit etc. Item
relationum alia vehemens
alia vehementior alia ve-
hementissima. Vehemens
fit in secundo loco ut Sortes
currit et ille movetur. Vehementior
fit per hoc pronomen idem quod
tercio loco debet poni proprie
ut Sortes currit et ille movetur
et idem disputat. Vehemen-
tissima fit per hoc pronomen
identidem quod quarto loco po-
nendum est ut Sortes currit et iste
illud movet et idem disputat
et identidem scribit. Hoc ma-
gister bene. Et eadem racione
transsite ad relationem propriam et
personalem ... in proprietatibus
earum sunt in hiis versibus

Derivativa

Agit de modo de pronominibus
derivatis Et hoc ordine
primus ponit numerum ipso-
rum Postea ostendit a qui-
bus deriventur Tercio quid
habeant significare ut de sig-
nificatione ostendat eorum
differentiam Ad primum et
ut declarentur efficacius co-
rundem accidentia Dicit
itaque Pronomina derivata
septem esse quorum unum id
est meus a singulari genitivo
mei prime persone formatur
Duo vero id est nostras et
vestras a genitivo plurali eiusdem
persone nostrum vel nostri Tertium
quod est tuus formatur a
genitivo singulari secunde persone
quod est tui corrumpit enim pe-
nultimam quod non faceret si
formaretur a nominativo tu a genitivo
rursus plurali secunde persone vestrum
vel vestri formantur Duo vester
possessivum et vestras quod gen-
tile est sicut et nostras
Hec autem duo id est nostras
et vestras inflexo accentu
debent proferri in fine Anti-
quis enim eorum nostratis et
vestratis utebantur antiqui que
nunc proferimus per sincopam
Hec autem est sincopatorum
regula et appocopatorum
quod super quacumque vocalem cadit
accentus in integro super
cadens remanet post appoco-
pam vel sincopam Si vo-
calis tamen illa in sincopatis
vel appocopatis remanserint

In primo Sermonum protulit Arge-
mum cui sit cui mens durior atque Heros
magna sonaturum des nominis huius ho-
nore Virgilius in vio Dum flamma
iovis et sonitus mutatur olimpi In
secunda coniugatione excipiuntur in vi dun-
tas in preterito desinentia que penultimam
In participiis non habent hec docui do-
ctus tenui tentus censui census Tace
? rapui raptus et excio composita cor-
ripui correptus percipui perceptus
Simile a canendo composita absque ?
faciunt participia secundum primam formam
canor cantus occinor occentus accinor
accentus quamvis occinui et accinui
faciunt preterita In rui etiam et xui p-
idem tempus exeuntia non habent ? in
participiis ut deserui desertus dissero
disserui dissertus Insero inserui insertus
aperio aperui apertus nexui nexui
pexui pexus messui messus facit ut
censui census In lui vero desinentia
vi in tus convertunt in participio ut colo

colui cultus · occulo occului occultus
consulo consului consultus · alo alui altus
et alitus Unde etiam volui voltus facit
quod nomen participiale est quo etiam co-
lui cultus quando est quarte coniugationis
declinationis que etiam o ubi in u con-
uertunt Que uero in pui in uo desinunt
in extrema preteriti in tus conuersa faciunt
participia ut polluo pollui pollutus acuo
acutus · suo sui sutus · tribuo tribui
tributus · cruo crui crutus quod solum
penultimam corripuit / apud antiquiores
tamen etiam absque composito producit
penultimam diruo dirutus Quando do quoque
composita in breue habent ante tus
in participio preteriti ut reddo redditus
credo creditus prodo proditus vendo
venditus dedo deditus In ctus
faciunt participia preteriti passiua que
verba preteritum tempus actiuorum in xi faciunt
ut intellexi intellectus auxi auctus
duxi ductus vexi vectus vixi victus
traxi tractus pexi pectus vinxi vinctus

Hoc autem dictum est propter
amasti et similia In quibus
post sincopam non remanet
uolus super quam cadit accentus
in integritate Et ut ad propositum
redeam Quare genitiuo tale persone
sanguine suum dicatur primum pronomen
derivatiuum suus de quo di-
cit quod mixtum est genere
utriusque numeri Ad cuius rei in-
telligentiam videndum est quod
omne possessiuum possessorem
mixtum significat Possessionem
uero et transcendens quod ut tamen
liquescat notandum quod posses-
sor dicitur in arte gramatica cuius
aliquid dicitur esse Posses-
sio autem quod alicuius dicitur
esse siue domus siue seruos
siue quicquid dicitur esse ali-
cuius significare ergo possessorem
est significare illud cuius est
aliquid uel cuius esse dicitur
Possessionem uero significare est
significare aliquid cuius ita ut
sine determinatione significatur
possessio ut cum dico meus
designo enim aliquid mei
sed quid sit an seruus uel
domus uel equus uel quid
aliud non determino Quando quoque
sicut per quod aliud possessionem
Ita per meus indeterminate pos-
sessio significatur determinate
uero significare possessionem nichil
aliud est quam designare
quid alicuius ut meus seruus
Meus ergo significat possesso-
rem id est cuius significat certe
possessionem id est aliquid eius
Significat quoque possessorem et
possessionem simul infinite /

Id est significat cuius aliquid
Cum enim dico meus sig
fico mei aliquid sed quid
no determino nisi ul equus
ul servos ul aliquid huius
modi ~~adduno~~ adyno Di
cebat vero antiqui qd pos
sessivum significat possessionem
intrinsecus id est principium
qd est per primam sillabam
quam habet cum gto primitivi
possessore significatur quem
ut si meus cum gto mei
ducebant et | qm possessionem
significat extrinsecus id est per
vltimam sillabam per quam
differt a gto primitivi et secundum
quam coniungitur cum parte cuiusdam
generis et numeri possessionem de
terminate designete ut meus
servos qd nos longe aliter
intelligimus. Dicimus ergo
quod possessivum significat intrinsecus
possessorem id est ex se et
ex sua prolatione sine vllo
extrinsecus adiuncto determina
te significat cuius possessio
vero significat extrinsecus id est
secundum qd aliquid extra sibi ex
igit adiungi ad determinandum
quid aliquid dicatur esse ul
sit Cum enim dico meus cuius
aliquid significo sed pendet
adhuc quid ad possessionem
pertinet Exigit enim aliquid
sibi extra adiungi ut possessio
determinetur Patet ergo quod
quamvis sicut secundum quod possessore
significat resolvitur in gtm
primitivi id est sui qui tam numeri
singularis est quam pluralis patet
tamen qd possessore significat
genere et numero id est

Excipitur flexi quod flexus facit participium
Similiter in ti ul in qui vocali longa ante
cedente desinentia in preterito ut feci factus
ieci iactus vici victus reliqui relictus
Similiter in gi ut legi lectus tegi tactus fregi
fractus. In ptus exeunt participia ve
tiva passiva tum activa eiusdem temporis in
pi ul in psi terminatur ut cepi captus
cecepi ceceptus rupi ruptus scalpsi scal
ptus compsi comptus sumpsi sumptus
prompsi promptus dempsi demptus
scripsi scriptus nupsi nupta. Nuptus
enim naturaliter siletur nisi per irrisionem ue
figuram dicatur quamvis antiquissimi ui
rus pro nuptus protulisse invenimus
qd nunc in vsu non est Similiter in mi haben
cia emi emptus ademi ademptus re
demi redemptus rapui et raptus facit
et ex eo composita corripui correptus
percipui perceptus In stus vnum inve
deponens queror questus et passivum
pastor pastus cum alia eiusdem forme si
leant abitur et ut nastor natus irastor

uatus obliuiscor oblitus paciscor pactus
nanciscor nactus proficiscor profectus vlciscor
vltus expergiscor experrectus defetiscor olim
duplicabant d in principio defessus Re ante
tendere unum inuenio in tus a texui textum
In sus desinunt participia que ex verbis ve-
niunt vel in si vel in di preteritum actiui
terminantibus nisi sint a do composita
de quibus supra dictum est Vel que con-
iugationis que ultimum principium in sus ter-
minat ut lesi lesus mersi mersus iussi
iussus mordeo momordi morsus prandeo
prandi pransus tondeo totondi tonsus
obsideo obsessus video vidi visus fodio
fodi fossus tendo tetendi tensus tundo
tutudi tusus prendo prendi prensus
scindo scidi scissus findo fidi fissus
Rapiunt uro ussi ustus torsi tortus vel
torsus Antiqui dicebant a torreo tostus
fit In sus similiter faciunt participia que in li
vel in ri terminat preteritum actiuorum ut velli
vel vulsi vulsus fefelli falsus pepuli pul-
sus pulli pulsus Sustuli anomalum
est et sublatus facit decucurri decursus

tam ad singularem quam ad plura-
lem possit referri ut filius
illius et solus illorum quia tamen
questionem quidam asserunt nichil
valere nisi suus ponatur
per prius Dicendum quod auctor
in auctore isto sic invenitur
dicit sic intelligendum quod
aut suus illius et suus illorum
ut videlicet permittatur aliquod
singulare respectu cuius dicatur
suus et similiter plurale ut
magister legit in libro qui
suus est vel boni discipuli
diligunt suum magistrum Vos autem
pro non consueveritis congrua
dicimus constructionem suus ser-
vos platonis vel illorum
monstrat in Ita ut suus
ad genitivum singularem vel pluralem
per relatione dicatur Ad aut
aut meus et suus vel
tuus masculinus confundere genera
non aliud est nisi quod in una
et eadem terminacione rem tam
masculini quam feminini quam neutri
generis significare possunt pro
possessore Sicut cum dicat
vir Servus meus meus
secundum possessorem masculini generis
est masculinus Similiter si hoc
idem proferat mulier masculinus
est femininus Verum tamen quod ibi
est confusio generum nec est
quantum ad possessorem cum
demonstratio certa ibi faciat
generum discretionem Nota
terminata pronomina duplicem
vsum ... sit vox eadem ...

Queritur

Tercium autem supinus superat
septem esse diriuata pronomina
quorum duo patria sive gentilia

Dicitur ~~tam~~ scilicet nostras et vestras Monet et inde quia omne enim certum possessiua pronomina deriuetur tam a singulari quam a plurali numero Queritur cur aliqua gentilia pronomina non diriuentur a singulari numero id est a pronominibus singularis numeri Non enim et istis duabus partibus nostras et vestras singulariter queritur cur a singulari numero non diriuentur patet enim quia secundum formam et significationem a plurali numero debent deriuari. sed illud potius ut iam dictum est Queritur cur aliqua pronomina cuiusdam generis id est gentilia non diriuentur a singulari numero quia meas et tuas vel alia gentilia pronomina a singulari numero non poterant duci significatione gentilium pronominum prohibente. Quia qua re omnium diuisi diuisas deriuant. sententias Nos quia non inuabimus eas ponere primo quod fiunt qui dicunt quod gentilia possessorem significant et possessionem volebant hoc habere seu dicere quod eo quod autor superius dixerat In omnibus inquit deriuatiuis pronominibus due intelliguntur persone intrinsecus possessoris extrinsecus possessionis In omnibus inquit ita scilicet quod nullum excipit Quod quia dicitur quod gentilia pronomina que in deriuatiuis enumerat sunt possessiua sed quoniam ita recepta fuerunt ut significarent gentem in qua est quod dicitur gentilia

verti versus verri versus Excipitur pepi pactus differentie causa pepigi enim fuit passus Excipitur coniugationis in si vel in preteritum terminantia in tus non antecedente c faciunt participia farcio farsi fartus sarcio sarsi sartus fulcio fulsi fultus haurio hausi haustus reperio repperi repertus comperio comperi compertus Item persus vno inuenio a deponenti labor lapsus Nexus tria inuenio passiua nexus a necto pexus a pexui flexus a flexi Similiter faciunt participia amplector amplexus complector complexus supradictas formas seruant in participio preteriti quamuis et deponentia que facile ex simili terminatione passiuorum demonstrari possunt quod faciant per singulas ~~terminationes~~ coniugationes participia preteriti temporis Neutra pauca habent preteriti participium ut supradictum est a ceno cenatus prandeo pransus iuro iuratus careo cassus quod nomen est. passus a pateo titubo titubatus placeo placitus

Et propter hoc scripsit hoc de illis que semper

quiesco quietus A neutro passiuis quoque
sunt gaudeo gauisus audeo ausus soleo
solitus fio factus fido fisus Vetustissi
mi et ex aliis pluribus neutris inueniuntur
protulisse participia preteriti quod supinis oste
dimus que nunc in usu non sunt Participium
quoque futuri actiuum uel neutrale a supino fit ut
amatu amaturus dominu dominiturus do:
cu docturus flexu flexurus fultu ful:
turus sancitu sanciturus Pleraque enim neu:
tralia secunde coniugationis in ui diuisas
consimilia in preterito deficiunt in supinis
ut horrui rubui tacui tepui ferbui
senui egui frigui rigui durui stupui
et similia Et quia supius diximus quod uer:
ba actiua uel neutra carent preteriti temporis
participio sicut et passiua deficiunt in parti
cipiis instantis temporis Sed pro hiis substiuo
nomine et verbo utimur ophilezas qui
amauit ophiloymenos qui amatur
Sciendum quod antiqui in actiuis et neu:
tris uerbis pro preteriti temporis participiis etiam

dicuntur possessiua de hac
significatione gentilium tractatur
date sunt sententie quarum
prima est Quod gentilia pro:
nomina gentem significant
Priscianus pro possessore
Remigius uero aliquid de
gente significant pro pos:
sessione licet inanimate
Secundum enim dico nostras de qua
gente sit licet de nostra
significo Sed magis certum quantum
ad possessionem pertinet magis
diffinio in se uel doctus
uel Cicero uel aliquid tale
addidero quod determinet quid
de nostra gente esse dependet
Secundum ergo dicatur Cicero nostras
est id est ac si diceretur
unus est de nostra gente id
est qui a nostra gente pos
sidetur gens enim possidet
Ciceronem ut totum suam
partem Secundum hanc ergo
gentilium pronominum significationem
meas et tuas non poterint
gentilia esse pronomina
Si enim dico Cicero me:
as est significabitur extrinsecus
Ciceronem possessiuum Secundum
Remigium debeat idem sig
nificare quod mei ciuis sum p:
minus Mei autem tamen unam
personam significat non gentem
que intrantur est collectio
personarum non poterat meas
gente certam Remigius sig
ficare Ideo quod secundum predictam
de gentilium pronominum significatione
ponuntur quidam sententiam

instanti tempore utebantur. ΟΕΡΧΟΜΕΝΟϹ
ΚΑΥΟΗΑΗΟΗ veniens dicens similiter
ΟΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟϹ adveniens virgilius in xo Cetiulius adveniens merso
motibus umbro hic enim veniens Ocleyon
significat Terencius in fformione Repperi
invenio offendi adveniens quod eum volebam
et ut volebam collocatam filiam hic enim
quod adveniens paragenome significat Stacius
in primo Thebaidos Et calligantibus ca-
ligantes abrupto invenias calligantes
pro calligatis dixit :—

Explicit liber undecimus

quoniam non poterat esse gentile
pronomen meas. Etiam quia ratione
non tuas. Sed sicut senten-
cie tamen videtur repugnare se-
quens quod litera posterior que
dicat Cum patria vel gens
unius esse non potest sed
multorum possessio dicatur
itaque alii quod gentilia sive
patria pronomina significat
unum quempiam de gente
Ita est tamen quod unusquisque re-
spectu aliorum gentem pos-
sideat. significat vero gentem
respectu aliorum possessam
Ut si dicam Socrates est nostras
id est unus de gente nostra
quam nos soli, multi possi-
demus id est unusquisque
nostrum non per se sed respectu
aliorum sicut ego et mei
cives. Vel semper autem
tota auctoris litera sicut sen-
tencie concordat licet puta-
verunt antiqui Cum secundum
hanc summam gentilia pro-
nomina contra regulam aliorum significant possessorem extrinsecus possessionem vero
intrinsecus Unde etiam dixerunt Cum quod habent aliam proprietatem significandi pos-
sessorem et possessionem quam cetera Ideo hec separavit ab illis. Cum enim dico
Socrates est nostras. Socrates pro possessore secundum sentenciam predictam significatur
Ideo quod possessor extrinsecus significat Secundum vero quod resolvitur in genitivum primitivi
ut nostras id est unus nostrum hoc est de nostra gente. significat gentem que dicatur
esse possessio Ideo quod videtur possessio secundum hanc sentenciam significari intrinsecus
Cum tamen supra autor dixerit Cum in omnibus dictis pronominibus significatur duc
persone possessoris intrinsecus possessionis extrinsecus. In omnibus inquit aut ergo
non complexus est gentilia. Aut ut nemo dicatur de illis. Quamvis tamen hec sub-
tilius inspiciat secundum predictam etiam summam gentilia significant possessorem intrinsecus
possessionem extrinsecus. sicut et alia possessiva. Cum enim dico nostras id est unus nostrum
hoc est de gente nostra. genitivus primitivi nostrum in quem fit resolutio significat esse
unum quelibet ut possessorem respectu aliorum quod vero est significat gentem ut posses-
sam quod patet ex illa resolucione videlicet ut eum dicatur unus nostrum id est de gente
nostra hic enim nostras secundum genitivum primitivi designat unum quemlibet ut possessorem.

Pronomen est pars orationis que pro nomine proprio uniuscuiusque accipitur personasque finitas recipit. Pronomini accidunt sex species persona genus numerus figura casus. Species pronominum bipertita est. Alia enim sunt primitiva alia derivativa. Primitiva ut ego mei tu tui sui. Derivativa meus tuus suus. Et prime quidem persone est ego primitivum et reliqui casus sequentes. Secunde tu et eius obliqui. Tercie vero ille ipse iste hic is sui quod nostro caret quo cay zoy apud grecos. Et ea quidem octo pronomina sunt primitiva vel simplicia. Derivativa vero sunt septem meus tuus suus noster vester nostras et vestras. In hiis igitur quindecim pronominibus nulla

superius dicit in omnibus derivativis pronominibus duas intelligi personas

gentem respectu aliorum quod enim est de nostras gente nisi de gente nostra id est quam quisque nostrum respectu aliorum possidet. Secundum hanc ergo sententiam nec meas gentile pronomen esse potuit nec enim potest significare unum quempiam ita ut unum quelibet respectu aliorum gentem possidere designat. Genitivus enim primitivi cuius id est mei ad unum tantum personam pertinet. Dicunt rursus alii quia gentilia pronomina tria habent significationes scilicet rem possessam a gente ipsam vero gentem ut possidentem et etiam ut a multis possessam. Ideo quia multos illos possessores ut gentem designat. Cum enim dico Lucas est nostras et rem possessam a gente designo licet que sit illa res non determinem et gentem ut possidentem designo. Et etiam ut a multis possessam hoc enim designo quod nos omnes possidemus eam. Quoniam ergo meas non potest significare gentem ut a multis possessam ideo secundum hanc sententiam quod non poterat meas gentile sive patrium pronomen esse. Fuerunt tamen qui dicerent quod gentilia pronomina non sunt possessiva nec possessorem nec possessionem significant. Ideo quod dicebant Priscianum hec ab illis separasse. Sed Priscianus quibus videtur contrarius esse cum dicat quod significat gentem que multorum est possessio. Et in hoc quod

sit controversia quoniam omnes fatentur ea esse pronomina

Queritur tamen cur prima quidem persona et secunda singula habent
pronomina tercia vero sex diverse indicantes vocibus. Ad quod respon-
dendum est quia prima quidem et secunda persona ideo non egent diversis
vocibus quia semper presentes sunt inter se et demonstrative. Tercia vero
persona modo dimittatur est ut hic iste · modo relativa ut is ipse
modo presens iuxta ut iste · modo absens vel longe posita ut ille.
Si enim super omnes alias percessiones finit personas pronomen
rectissime quia tertiarum personarum differentia distincte profertur que
plurimas habet diversitates unde non irrationabiliter tertias vero
personas infinitas Apollonius dicit quod nullam in eis certa finiatur persona
et profunde multitudinis sunt capaces. Quando et plus nunc nomini insi
adiungas eis vel nomen vel pronomen · quo prima et secunda persona eius
non egeat. Si enim dico scribo vel scribis in ipsa voce diffinivi certam
vocem scribentis et ostendi. Cum dicam scribit incertum est quis
donec addam vel nomen vel pronomen. Et prime quidem persone pronomen
et secunde et tertie quod non discernunt genera inequale etiam habent
declinationem tam in singulari quam in plurali numero ut ego mei vel mis
michi me a me · nos nostrum vel nostri nobis nos a nobis. Similiter
secunda. Tercia que est sui sibi se a se non solum genera sed etiam
numeros confundit. Nec mirum quod relativa sit ex antecedente co-
gnitione possum ad quod genus vel numerum refertur scire quod facit
in genere prime et secunde persone ipsa demonstratio et presentia vel visus

Illa vero que distinguuntur genera certa habent et equale per utrumque numerum declinationis et casuum regulam ut Ille ipse iste et reliqua nomine. Sunt autem eorum alia demonstrativa alia relativa et alia demonstrativa et relativa unde notabiles et certe sunt persone. Et prime quidem et secunde persone pronomina sunt semper demonstrativa ut: per enim ut dictum est presentes ostenduntur persona et eius qui loquitur et illius ad quem loquitur. Tercie vero alie sunt demonstrative ut hic iste alie relative ut is sui. Alie moto demonstrative modo relative ut ille ipse. Ille demonstrativum est ut Terentius in Eunucho Viden tu illum thais. Relativum est Virgilius in primo Sic cupit ille movebat. Ipse vero si per se proferatur in tercia persona relativum est. Virgilius in tercio Eneydos Ipse arduus alta que pulsat Sidera. Si vero cum pronominibus aliis iungatur eorum accipit significationem ut item poeta in quinto Eneydos Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo. Est enim hic demonstrativum quia et ego cui adiungitur est demonstrativum. Invenitur tamen sepissime absque aliis per eclipsim prolatum et tamen eorum habet significationem que cum eo subaudiuntur. Virgilius in secundo Eneydos Que que ipse miserrima vidi subaudi enim ego. Continet verbum ipsum prime persone id est vidi habet in se intellectum pronominis eiusdem persone. Interest autem inter demonstrationem et relationem hoc quod demonstratio interrogationi reddita primam cognitionem ostendit ut quis fecit. ego. Relatio vero secundam cognitionem significat. is de quo dixi. Unde igitur hoc quod primam cognitionem indicat preponitur unde et prepositivum nominatur. Hoc autem quod secundam cognitionem significat subiungitur unde et subiunctivum a multis nuncupatur

quod redigat intellectum in memoria prime cognitionis ut si dicam
Eneas fuit filius veneris is est qui vicit turnum Ipse quoque in tercia
persona ut dictum est pro se posita ad recordationem persone refertur
iam cognite Recte igitur demonstrationem que significatur per ille et
iste pronomina reparat memorie pronomen quod est ipse Non tamen ille et
iste referri ad pronomen ipse possunt Prima enim cognitio est per
demonstrationem pronomina Secunda vero per relationem Hoc quidam item pro-
nomen hoc est ipse quidam commune existimaverunt quia tribus ad-
iungitur personis Egoipse tuipse illeipse non est tamen verum figura
enim vel discretionis vel significantie cum prime et secunde adiungitur, quod
autem tercie est ostenditur ex eo quod dicimus ego feci tu fecisti ipse fecit
Et quod tercie persone in id transferri possit quod maxime in interro-
gationibus animadverti potest Numquam enim interrogante aliquo
quis dixit quis fecit quis audivit respondemus ipse pro ego
et pro tu sed pro aliqua tercia persona Quidam tamen etiam hoc
nomen putaverunt quia est quando pro solus accipitur Virgilius
in vi° Ipse ratem conto subigit velis que ministrat Sed
hoc quoque per significantiam vel discretionem profertur Non tamen pro
nomine accipitur quod suum est nominis implet Verba prime et
secunde persone adiuncta pronominibus perfectionem faciunt ego scripsi
tu docuisti Nominibus autem non nisi sint verba substantiva vel
vocativa ut tripho dicor Cicero sum Ipse vero omnibus verbis
adiunctum perfectionem habet Ipse dedi ipse dedisti Ergo hoc pro
nomen id est ipse EPITACANATIKON etiam hoc est impositivum
vel subiunctivum vocant greci vel quod subiungit ut diximus vel quod
subiungitur alteri pronomini

Derivativa pronomina septem esse diximus a prima persona
derivantur tria ut a singulari genitivo unum mei meus a
plurali duo nostrum vel nostri noster et nostras a secunda quoque tria a sin-
gulari unum tui tuus unde et corripit penultimam quod et in singulari nomi-
nativo a plurali pariter duo vestrum vel vestri vester et vestras a tercia
vero persona unum sui suus Et quia primitivum tam singularis quam
pluralis est unum commune. derivativum quoque intrinsecus ex qua parte posses-
soris persona significatur per genitivum primitivi ex quo nascitur utriusque est
numeri commune ut suus illius et suus illorum In omnibus enim
derivativis pronominibus due intelliguntur persone intrinsecus posses-
soris extrinsecus possessionis unde intrinsecus persone in quibus
genitivi primitivorum sicut dictum est intelliguntur. et ex quibus derivantur
confundunt genera quod et primitiva eorum Extrinsecus vero distinguunt
ea pro generibus nominum quibus adiunguntur meus servus mea
ancilla meum mancipium Illud vero intrinsecus quod intelligitur
quae habet genitivi primitivorum ex quibus derivantur Genera etiam
possessorum demonstratio ostendit quemadmodum in primitivis
Extrinsecus vero terminatio distinguit numerum quoque et genera et casus pos-
sessionum in quibus regulam eorum consequentia servat mobilium nominum

Queritur cur nostras et vestras a plurali numero tantum derivantur Ad
quod respondendum quia patriam seu gentem significat Patria
autem vel gens unius esse non potest sed semper multorum possessio
est Itaque nostras dicimus qui est a nostra patria vel gente quam
multi possidemus hoc est tam mea quam meorum civium / Et

possessiua quia egent adiunctione nominum ad plenam significationem
primitiua uero non semper. Itaque perfectum ad discretionem est. Ego quidem
affui tu autem non aderas. Deficiens uero quantum pertinet ad discretionem
est affui quidem non aderas autem. Iure igitur apud grecos prima
et secunda persona pronominum que sine dubio demonstratiua sunt articulis
adiungi non possunt. Nec tertia quando demonstratiua est. Nam
ΟΛΙΤΟΣ quando dicitur relatiua uidetur non demonstratiua. Id igitur
et articulorum relationem et pronominum relationem habeat tamquam ...bus cum
ad cognitionem referri ostendunt. Ego illos secuti nos quoque declinationes
pronomina non addimus hic articularia quod cum absurdius
quam id greci articulos pronominibus non preponant nos pronomina pro
nominibus preponere in declinatione. Ad quam dumtaxat hic hec hoc
loco articulorum accipiuntur. Nam in omni oratione pronomina siue uocali
cum aliud nisi demonstrationem uel relationem significat ΛΟΥΤΟCΛΟΥ.
ΙΤΕΤΟΥΤΟ. Nec mirum loco articulorum ea nos accepisse in declinatione
cum apud grecos quoque ipsorum uocibus et in articulis et in pronominibus
solent uti ut ΤΟC ΤΗ ΤΟ. Ex quibus apud nos hic hec hoc
nascuntur pronomina articularia. Itaque quia illa apud grecos aspi-
rantur que a uocali incipiunt ea quoque apud latinos et a uocali incipiunt
et aspirationem habent. Possessiuis solent preponi articuli sed ad se-
quentia nomina necessario intelliguntur ΤΟC ΜΟC ΔΟΥΛΟC id est
ΟΔΟΛΟΥΜΟΥ significat sicut apud nos hic meus seruus hoc est
hic seruus meus. Et primitiuorum quidem nisi si cum uerbis iunguntur perfecti
sunt ego scribo tu uides ille facit. Possessiua uero transitiua sunt semper
meus scribit tuus dixit. Quemadmodum autem nomina hec sunt possessiua

absque vocativo tunc vero eciam prime et secunde quando subiectis vel verbis iungitur

Sic eciam ea ut meus est amicus meus diceris cognatus tuus

sui filius tuus nominor pater tuus vocor socius tuus induperor

patronus. Et sciendum quod vocativum non habet alius pronomen nisi secunde

persone primitivum o tu o vos et prime possessivum quando ad secundam

transit personam o mi pater. Nam possessio est que vocatur ab ipso

possessore ad quam loquitur prima persona ut Terencius in Eunu-

cho domina o mea tu. Statius in Eneida o noster chremes. Vnde

enim cetera pronomine tam prima quam secunda in hoc significatur per-

sona. Et prime quidem persone possessivum tam ad secundam quam ad

terciam transit personam ut meus es meus est. Secunde vero transit ad

primam vel ad terciam ut tuus sum tuus est. Ipsam enim sese possi-

dere non potest quo nec prima. Nam possessiva necessario in dua-

bus diversis intelliguntur personis. Et sunt transitiva. Si igitur transit

a secunda persona possessivum necesse est ut separatur ab ea vel

prime coniungi vel tercie que caret vocativo qui semper inter primam et

secundam invenitur personam. Prima enim vocat secunda vocatur. Et

queritur tunc si prima non potest possidere primam nec secunda secun-

dam possideat terciam. In quo pariter ostenditur multitudo divisa que

significatur per terciam personam unde et varias habuit voces et loca

sicut docuimus. Praeterea cum possit alia possidens et alia que possidetur

et in diversis personis et transitivis intelligatur tamen potest in tercia

similiter inveniri in diversis quod in prima et in secunda non potest ut ipsa

habeat unam et possessorem et possessionem nisi figurate dicamus

meus sum et tuus es hec est mee partis et tue vel pro reciproc
que apud grecos composita sunt ε ΝΟС ΦΛΟС ЕΙΜΙ meus
amicus sum ut persius vindicta postquam meus a pretore recessi.
Et terentius in fformione Ego meorum solus sum meus Nec
mirum cum etiam tertia persona solet figuratiue prime adiungi ut Virgilius
Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen Et Cicero
in imo vectigarium Ego sum ille filius patris conscripti cui non
forum in quo omnis ciuitas continetur Et prime quidem possessiuum
persone transit tam ad secundam quam ad tertiam sicut supradictum est ut tu
meus es et ille meus est Sed et possessiuum tam ad primam
dicitur quam ad tertiam ut ego tuus sum et ille tuus est Tertie vero
ad primam vel ad secundam transire non potest nisi figurate dicatur ut suus
illius sum vel suus illius es filius Sed ad aliam tertiam suus
illius iste est vel suus istius iste est Et attendendum est quod quo
sui sibi se a se quod est primitiuum ab omnibus vocibus tertie persone po-
test etiam esse relatiuum ut sui causa facit iste Et ille et ipse et
hic et is Sic suus quod ab eo dirivatur possessiuum est omnis tertie
persone ut suus illius istius ipsius cuius cuius Illud quoque sciendum
quod sui non solum ЕΙΙΤΟΥ ЕΟΥΙΙΤΟС sed etiam ΛΙΤΟΥ vel
ΤΟΥ significat id est non solum tunc refertur ad tertiam personam quando ipsa
in se agit per reciprocationem id est ΚΑΤΑΑΝΚΛΑСΝΥΜ vel ΛΙΤΟ
ΠΑΤΕΙΑΝ ut ille sui miseretur vel sibi prodest vel se custodit sed
etiam cum ipsam agit et sic alia in ipsam vel ad transitiue dicitur
ut terentius in Eunucho Orare iussit hera si se ames ut ad
se venies

Persone pronominum sunt tres prima secunda tercia prima est ea
ipsa que loquitur et se pronunciat. Secunda vero ea et ea
pronunciat ad quam directo sermone loquitur. Tercia ea et ea
que nec loquitur nec ad se directum sermonem accipit. Nam
si dicamus prima est que loquitur potest intelligi et se loqui et
et secundam vel terciam et fit dubitacio similiter et secunda si dicamus ad
quam loquitur potest intelligi et ad primam et ad terciam. Nam locutio
ipsa pertinet non solum ad secundam sed eciam ad primam et ad terciam
ut dido locuta est. De tercia eciam si dicamus et qua loquitur
commune invenimus trium personarum. Nam et prima et secunda et et tercia
loquitur. Melius igitur Appollonius quem nos oportet potius sequi et
sinnavimus prepositis personarum diffinicionibus est usus. Enucleandum
tamen in singulari numero prima dicitur persona. Nam in plurali concepcionem
facit aliarum personarum hoc est secundarum vel terciarum. Secundarum
quidem quando ad ipsas presentes loquitur ut ego et vos faciamus. Terciarum
vero quando ad alios loquens id est ad secundam personam alios sibi presentes
vel absentes adiungit ut ego et isti facimus vel ego et illi fecimus
Potest tamen et utrasque sibi simul adiungere ut ego et vos et illi fecimus
Secunda vero concipit terciam solam tu et ille vel vos et illi fecistis.
Tercia autem terciam solam isti et illi fecerunt. Itaque et in hoc iure
ostenditur late patens tercie persone copia que omnibus adiungi
potest. Cum igitur quam multi simul loquentes dicunt nos fecimus non
est supradicto contrarium. Unusquisque enim loquencium concepcionem facit
ceterorum qui una secum loquuntur. Quippe cum unusquisque pars est

totius qui si velit secundam indicare loquitur necessario vel secunde vel tercie
eos attribuit persone Ideo ergo tam in pronominibus quam in verbis contingit
prima in quibus et finiuntur persone Et sciendum quod in prima et secunda quidem
persona pronomen ponitur in loco vel nominis nisi demonstratione egeat vel rela-
tione Nam plerumque nomen in eius loco ponimus ut si pompeius dicat
ad cesarem Ego et tu et crassus teneamus rem publicam Cum autem
egeat demonstratione vel relatione tunc ponimus pronomen ut ego tu et
ille quem vides vel ego et tu et is de quo dixi Nam omne nomen
tercie persone est absque vocativo sicut supra dictum est nisi subiuncto vel verbo
verbo coniungatur et iure quia ipsa positio prima nominum non ad aliquem
sed de aliquo habet locutionem Dicimus enim nomen hic qui natus
est virgilius Nam presentes prima enim et secunda nisi figurate adiunctione
nominis non egent tam demonstrat et substantiam et qualitatem tam sua ipse qui loquitur
quam eius ad quem presens presentem loquitur videtur sive aspicere Tercie
vero persone ideo congrue adiunguntur nomina quia potest vel abesse ab ea
persona vel spacio eius qualitas obscurari Itaque pronomine quidem substancia
persone nomine vero etiam qualitas manifestatur de qua sepe fit dubium in
ea persona ut virgilius in vi^o libro Quis pater ille virum
qui sic comitatur euntem tum ignorat eius propria qualitas querit
nomen Solam enim substanciam non etiam qualitatem significat pronomen
quod est in ipsius prolatione vocis

Genera pronominum sunt quinque masculinum ut hic femininum ut hec
neutrum ut hoc commune ut nostras vestras trium generum ut ego tu
sui Sed igitur omnia pronomina ut supra docuimus sunt quindecim
alia autem mobilia sunt id est ex masculinis feminina et neutra faciunt

absque tribus primitivis prime et secunde persone

absque tribus primitivis prime et secunde persone ego et tu in quibus ipsa demonstratio secum genus ostendit et sui quod eum sit relativum ut do-
cuimus tam generis quam numeri non vocis discretione sed potiore cognitione
sibi tamen Relatio enim est cognitionis ante late representatio ut virgilius
scribit ad laudem sui rogat te ille ut causa sui facias Quod si quis
dicat cur ergo etiam idem tamen sit semper relativum non est commune trium
generum. respondemus quia sui sibi se a se non solum relationis causa
quod supra diximus sed etiam ipsius terminationis singulorum casuum.
qui consiles sunt prime et secunde hoc habuit ut confundat genera quo
enim greci per tres personas primitivorum obliquos casus similiter habent
terminatos que et communes sunt omnium generum ΕΜΟΙ ΣΟΙ ΟΙ ΕΜΟ
ΣΟ ΟΥ ΕΜΕ ΣΕ Ε Sic nos quoque illorum auctoritate in plerisque
secuti per tres personas habemus pronomina similiter terminata per obliquos
casus et omnis communia generis mei tui sui michi tibi sibi me
te se a me a te a se Alia vero omnia sicut apud grecos mobilia
sunt ut ille illa illud iste ista istud hic hec hoc idem ea id
ipse ipsa ipsum derivativa quoque meus mea meum tuus tua tuum
suus sua suum noster nostra nostrum vester vestra vestrum Duo tamen inve-
niuntur quia nostras et vestras quorum prima nostratis erant et vestratis.
Unde quia ti syllabe sincopa facta est in a accentus prime mansit
quo et in aliis multis ut arpinas pro arpinatis fumat pro fumavit
cupit pro cupivit illic pro illice Itaque neutrum quoque illorum in
e finitur nostrate vestrate Sequo quoque ostendit illorum nominativus
in tis secundum analogiam a vetustissimis prolatus esse Cassius hemina
in iiii° annalium hos libros siquis nostratis sapiens Catus

Catho in legis memorie suasione. Rex seleucus arma nrata ferat.
plautus in sticho. Ergo oratores populi principes summates uiri summi ac-
cubent . ergo infimatis infimis pro infimas. Necesse est autem
omnia pronomina tria quae genera uel in una eadem quasi uoce confusa
uel in diuisis distincta esse terminationibus. Ideo quasi pro uniuscuius-
que rei propriis accipiuntur nominibus quae tam in masculis et in feminis
quam in neutris inueniuntur generibus quae in pronominibus quoque necesse est
ostendi siue demonstratione siue relatione. Queritur tamen cur habeat
genus neutrum prima et secunda persona cum naturaliter sermo non nisi inter
mares et feminas exercetur quorum sunt prime et secunde persone id est
a quibus profertur et ad quos dirigitur loquela. Ad quod dicimus
quia possunt etiam horum inueniri nomina neutri generis ut in ma-
ribus hoc basion hoc EIKONION quo etiam in feminis glicerium
dorcium. possumus tamen etiam ad res quae non habent naturam loquendi
uel audiendi per conformationem id est PROSOPOPEIAN primas et
secundas adiungere personas etiam si sint neutri generis ut foro mari celo. Illud
quoque notandum quia deriuatiua pronomina quae sunt septem ut supra ostendimus
meus tuus suus noster uester nostras uestras alterum sunt intrinsecus
generis hoc est communis trium generum in quo possessor ostenditur
et alterum extrinsecus hoc est mobilis in quo possessio demonstratur
quod terminatione consignificante discernitur quo et nomen sicut supra docuimus
generis qualitatem ipsius possessionis non declarat nisi adiungas nomen.
Et sciendum quia intrinsecus propriis loco fungitur. Extrinsecus uero magis
appellatiui nec solum in pronominibus deriuatiuis sed etiam in nominibus
possessiuis et quae a propriis deriuantur infinite possunt intelligi
possessionis nisi adiunctione nominis alterius discernantur ut meus filius

Telamonius natus Euandrius ensis. Et videtur quod appellativa magis assistant que communis sunt qualitatis tam aut possessiva pronomina quam nomina in genitivum primitivorum resolvuntur. Quid est enim meus filius nisi mei filius. Euandrius ensis nisi euandri ensis. Commune aut possessiva pronomina cum possessivis nominibus quod in utrisque possessor subauditur. Et quod bene intelligantur persone et quod in genitivos primitivorum sibi resolvuntur cum possessione. Non commune. Quia pronomina possessiva omnibus sunt communia possessoribus. Nomina vero possessiva non omnibus. Hectoreus enim clipeus unius est proprium possessoris. Licet non ab appellativis que derivata quamvis multorum sint genera possessorum non tamen sunt possessiva genera quo pronomina ut Munas marinus. Et quod nomina tunc intelligitur persone nisi adiungantur propriis subiectis ut vestis. Pronomina vero prime et secunde inveniuntur persone. Dubitatur nimis possessoris in nominibus possessivis que ab appellativis derivantur ut si dicam thaurina vestigia possunt et unius et multorum intelligi thaurorum. In pronominibus vero non quia tam per singularem quam per pluralem numerum positiones sunt. Excepto suus cuius primitivum id est sui commune est utriusque numeri. Possessiva nomina ostendentibus non solent adiungi ut Hectoreus pater non dicimus frater vero vel servus dicimus. Pronomina vero adiungitur ut meus pater.

Figura pronominum duplex est aut enim simplicia sunt pronomina aut composita. Simplicia sunt omnia alia preter illos tria tamen componuntur una interpretatione apud grecos habentia ΑΥΤΟΣ iste hic id. Componuntur igitur iste et hic secundum ut istic istoc. id vero cum adiungo idem quod significat ipsemet ex quibus et componitur hoc est iterum id. cuius feminina eadem neutrum idem. Excepta quem in masculino

pducit Virgilius in iiiio Eneidos Idem ambas ferro dolor atque eadem
ora tulisset Juuenalis in primo Et tamen alter si fecisset idem caderet
sub iudice morum In neutro tamen pratica geminatur composito dicimus
enim identidem id est idem et idem cuius obliqui constituit casus Et nominatiuus quod
tam masculini quam neutri ex duobus est corruptus nec non accusatiuus tam masculini
quam feminini mutatur enim m in n ante d euphonie causa ut eundem
eandem quod in aliis quoque compositis solet fieri propter eandem consonantem ut
quendam quandam quorundam quarundam que tamen posset et per adiectionem syllabe
extreme sillabam ceteri uero casus supradictorum pronominum hoc est eadem
cuius eius ... eodem ee dicendum eisdem eosdem casus Gemitiro et corrupto
inuenitur Itaque regula corrigit per duas i uel e et i tam nominatiuum pluralem
masculini quam datiuos et ablatiuos omnium pluralis sibi id est iidem uel eidem
iisdem et ysdem uel eisdem Juuenalis in iio satirarum Implet et ad me
ciphos dat eisdem ferre cinedis Solent autem auctores ... causa per synerisim
unam i ponere pro duabus ut Virgilius in primo Eneydos Et crudelia
secreta fata lini pro linii et ille vrbe patavi pro patavii Antonii
gladios potuit contempnere si sic pro antonii Iste uero et hic non com
ponitur nisi per eos casus qui in c desinunt absque dativo id est uel per nominatiuum
accusatiuum et ablatiuum singularem per pluralem uero nullum nisi nominatiuum generis neutri
qui est et accusatiuus nec non solus pluralis non in c habet finalem ut
hic iste hec ista hoc istud hunc istum hanc istam Terencius
in Heautontimorumenon Suspitionem istanc ex illis querere Illo ister
hac istac hec ista qui semper singularem sequitur feminini quia tamen hoc
quoque per metaplasmum finis quod compositionem proferri confirmat vnde
nec aspirationem seruat quia nec illec nec illuc quod autem composita
seruat ostendunt adiubia adquit ab ... Ita egomet et cetera

quibus adiungitur met magis correctionem vel assumptionem quam greci
vocant ЄΠΕΤΑCIN vel ∫HΦΑΤΟΕΝ solet proferri. Et prime quidem persone
omnibus adiungitur casibus egomet meimet mihimet memet. Secunde
vero persone obliquis solis tuimet tibi met. Statius in primo Thebaidos
tu tibimet sceptra et proprios laturus honores. Nominativo autem non adiungitur ne
dubitationem faciat tu enim etiam verbum intelligi possit si dicamus tumet. itaque
huic te sillabam pro met ei addere solet auctores. vel temet. lucretius in primo
Nempe praeterea que corpore tute necesse est. Terentius in eunucho. Tutemet a nobis
iam quovis tempore vatum. Ennius. Ennius in ... tute tanti tibi tanta. Tulisti tyranne.
Apuleius in alphesiboeo. Virgilius in primo bucolicon. Seu tute malis hesperus.
seu tute captivos habes. Sunt enim dimetri iambi. Unde neque in
alio casu tamquam te sillabam adiectione invenimus. Met non plus numeri
casibus additur met aliis absque genitivo nosmet nobismet et vosmet
vobismet. Cicero de domo sua vobismetipsis pontifices. Tertie quoque
persone (in) toto id est suimet sibimet semet. Pte quoque ablativo
tantum pronominum possessivorum invenimus adiunctum meapte tuapte suapte
nostrapte vestrapte. Sciendum tamen quod et met et te et pte adduntur supra-
dictis pronominibus vel discretionis causa plerumque vel significantie
ut Terentius in adelphis egomet rapui. Intelligitur enim ego et non
alius. Cicero pro murena quicquid tu admonuerint tamen qui tute nos
ita salutas tute dixit pro tu ipse per te et non per alium. Nam tete utique
conduplicata accusativus geminatus esse ostenditur vel ablativus quod et in prima et
in tertia solet fieri persona ut me me sese. composita tamen esse ostenditur
attentu penultime acuto. Nec mirum etiam compositionem in
his solis casibus invenimus qui soli mi obliquis supradictorum pronominum
singulares sunt monosillabi. Supradicta enim geminatio in aliis casibus

fieri non solet. Et sciendum quod qui hoc ad grecorum imitationem faciunt
ut inveniatur quidam casus adhibentes compositionem uel adiectionem
alii vero abnegent. Solent enim apud grecos Attici ЄKOTE
HNOITE pro duobus casibus id est nominativo et dativo addere que paragoge
per alios casus non invenitur ENΔITOY CAYTOY desitur no
Et quod solebat ponere casus vetustissimi adde articularibus uel
demonstrativis pronominibus hoc est ab aspiratione incipientibus ut hicce
huiusce huicce hecce hocce unde hoc quasi duabus consonan-
tibus c. scriptis solent poete producere ut hocce erat alma
parens quod me per tela per ignes eripis. Et sit in antiquissimis
codicibus invenitur bis c. scriptum quo et apud terentium in
andria hoccine est credibile aut memorabile. Aliud vero eorun-
dem pronominum his casibus frequenter additur ce qui in s desinunt
euphonie causa huiusce hisce hosce hasce. Nec solum poete sed
etiam oratores his utuntur supradictis adiectionibus. Cicero in
primo invectivarum hosce ego non tam milites acres quam infi-
ciatores lentos esse arbitror. Invenitur tamen etiam nominativus pluralis
hisce proferentes antiqui ut terentius in eunucho hisce hoc mu-
nere arbitrantur suam taydem esse. In quo videntur euphonie causa
s interposuisse. Nec non similiter illice unde illic qui apocopa facta
in fine servat accentum. Terentius in andria huius rei caput illic
est. Illiusce istiusce illice istice veteres dicebant teste pa-
piriano qui de orthographia hoc ostendit. Terentius in eautontu-
merumenon illancine mulierem alere cum illa familia. Nec
igitur hoc est integre partem ce adiectionis esse ipse sensus arguit

Hic ondit modum proponendi istius prepositionis cis et diversam significationem ipsius. Dicit per hoc Cis quoque dicitur et componi et apponi et magis locum significat. quid est enim cis alpina gallia nisi in loco qui est inter nos et alpes. quid est enim cis renum sicut est hoc nisi inter nos et renum id est ex hac parte alpium et renum hoc est ex hac parte que versus nos est Tamen etiam transfertur ad tempus designandum ut cis diffinitum tempus fecit hoc vel illud Vel etiam cis nature leges id est non usque ad leges nature pervenit Cis quoque tempora et aliis rebus additur · sed magis ut frequentius loco prescrim quam alias res ut locum significat ideo dicitur est quod localem magis facit significationem Derivatur ac a ab citra / vide Cis tria preteriit etc usque ibi Trans ultra notat

Trans quoque et componitur et seperatur:

Hic ostendit idem de trans et dicit Trans etiam componitur ut transvecho et apponitur ut trans mare Amittit autem quandoque in compositione n et s ut traduco Et vide quod in transvecho trans invenitur loco dya greca et videtur locum significare · quid est enim transvecho nisi quod ad ulteriorem partem vecho In transdo vero ponitur loco para et significat quasi loco para quibus aliquid datur tradi In transgredior etiam ponitur loco para quod est super quid est enim transgressus quem habito nisi supergressus Et notatur in hiis per trans vel super quedam excessus Et vide quod in transvecho et in traduco et transgredior videtur locum transsignificare sed modo diviso In transvecho namque significat ulteriorem locum ita quod usque ad ipsum · quid est enim transvecho nisi quod usque ad locum ulteriorem vecho In trado quoque significat quasi transitionem localem ab uno ad alterum In transgredior quasi localem excessum Cum vero dicitur trans mare hic significat locum ita quod ultra · ergo distinguere · non enim sufficit dicere quid significet nisi modum significationum distinguas cum idem videatur significare Apposita quoque trans ponitur loco peran quod est adverbium ut trans mare et tunc significat quod ultra mare / vide Trans ultra notat ut trans amne etc usque ibi Adrocat queritur

Sciendum quod omnes monosillabe prepositiones:

Pertractatis itaque significationibus prepositionum monosillabarum que accusativo casui deserviunt dat eis quandam generalitatem que etiam prepositionibus monosillabis seu prepositionibus monosillabis que deserviunt ablativo conveniunt scilicet quod omnes monosillabe prepositiones utrique casui deservientes et apponuntur et componuntur excepta cum pro quia semper con in compositione invenitur quia quotiens deberet redigi in compositionem con scribitur in compositione ut eandem ibi retineat significationem nisi quod eius ultima litera solet converti in m ut communis quod est ex con et munio Dicebatur enim hic munio munis pro officio Et m quoque per compositionem solet converti in n ut tantundem quod est ex tantum

et demum Set in compositione mutatur n in m Set queritur cum dicat auctor quod pro cum ponitur com in compositione ut concito utrum debeat dici componitur a cum vel con quorum utrumlibet dicitur contra gramatice precepta cum non nisi ex duabus integris dictionibus vel pluribus debeat fieri compositio in quas dictio composita possit resolui potest quaeri racionabiliter quo ex inseperabilibus prepositionibus fiat compositio quod agentes de illis in fine huius tractatus diligenter explanabimus Illud quoque dicit quod cum preposicione preponitur cum quosdam cum ablativis pronominum ut mecum . sed melius est ut enclitice et postponitur per appositum in talibus dicatur esse ut iam dictum est

Clam enim magis adverbium est : Sic quia inter monosillabas prepositiones de supius nichil dixerat ostendit quod adverbium debeat dici quia nec significat locum quod prepositiones plerumque faciunt . plerumque dicit propter inseparabiles et quia certe quoque etiam significant personam cuiusque causam aliquid aliud vel quia clam significat qualitatem quod non prepositiones sed adverbia facere solent et facit ex se derivativum clanculum quod nulla prepositio facit et potest fieri sine obliquo ut mala fac clam et quia eius interpretatio apud grecos adverbium est . preponitur obliquo casui sicut et multa alia localia adverbia ut clam te factum est hac

Bissillabe sunt prepositiones Secunda pars principalis capituli in qua pars hec agit de bissillabis prepositionibus que actu inueniuntur secundum ple- rosque eorum scriptores ut apud ante et alie huiusmodi que supius enumerata sunt secundum plerosque dicit propter eos qui huiusmodi adverbia dicunt esse casualia Dicit ergo quod apud significat in loco ut apud immanitatem Iungitur etiam prepo- sitionibus id est nominibus personarum ut apud athenienses In quo tamen et personas tamen locum significat unde eadem vnam dicitur habere significationem scilicet in loco. Nunquam est componitur vel Adiciat circumstantias sua inde pallisia [illegible] etc usque ibi Temporis est ante

Ante et componitur et seperatur Ostendit naturam et significationem ante dicens Ante et componitur et apponitur et significat locum ut ante [illegible] quod secundum adverbia [illegible] vel tempus significat ut ante annum quod secundum adverbia per diminutio- nem vel tamen tempus significat ut ante ea adverbio ut ante per errat sit ambarum finibus pol etiam ponitur pro ante ea adverbio ut ante per errat sit ambarum finibus Exul aut ararim parthus bibet aut germania tigrim Ante pro antea ponitur quod greci dicunt prateron Dirivatur ab ante antiquus et anti- quarius ille scilicet qui res per antiquitatem ignotas habet in prompto [illegible] Temporis est ante etc usque ibi vult circum

Citra nunquam componitur Facit idem de citra Unde patet citra enim non componitur et significat locum ut eandem fere habeat significationem quam habet cis Nam ad nos locum significat ut cis renum cis padum cis alpes id est ex eadem parte que ad nos est . Similiter citra nisi quod cis solet preponi plerumque propriis nominibus montium vel fluminum Reliquis vero magis solet adiungi citra ut citra fores citra famem citra cruorem id est non usque ad cruorem Plerumque autem dictum est quia et cis quoque ceteris preponitur et citra propriis nominibus montium vel fluminum sed raro . et quia a cis derivatur citra a quo citer citerior citimus Unde Catho Citer agnus alligatus ad sacra erit Citer inquit id est proximus alligatus id est devotus Iungit vero quod licet cis et citra prepositiones a lati- nis esse putentur tamen interpretacio eorum apud grecos adverbium est id est tade scilicet quod est an quod interpretatur citra De circa quoque dicit quod significat id quod peri . sed tunc tamen peri ponitur pro iuxta Ideo ad dicat tamen [illegible] quod peri ponitur pro de et iuxta . et potest ea multas alias habet significationes apud grecos ut circa forum . circa viginti annos exempla sunt hec in quibus circa ponitur pro peri posita pro iuxta patet vero ex hiis exemplis quod circa et ad locum pertinet ut cum dicitur circa forum et ad tempus velut cum dicitur circa decem annos Addit etiam quod circa nunquam preponitur in compo- sicione sed postposita componi invenitur sed invenitur composita cum ablativo ut quo circa et habet vim causalis coniunctionis hec dictio composita In- venitur quoque subiuncta circum prepositioni ut circumcirca et videtur gra-

dictio esse quod fieri non potest in sequentibus cum contrarius sibi esse videretur ubi dicit quod circa non componitur Et circumcirca dici debeat probat auctoritate donati dicentis quod prepositio aut precedit verbum ut prefatio aut adverbium ut exposse Est enim precesse adverbium aut participium ut precedens aut coniunctionem ut absque aut se ipsam ut circumcirca dicendo ac se ipsam simpliciter fecit relationem quasi diceret prepositio precedit prepositionem ut circumcirca ita quod eandem sibi ipsi dicit preponi Dicit ac priscianus quod circumcirca idem significat quod apud grecos amfiperi quod valet ac si diceret ex omni parte circum Cum vero sit prepositum eius in hoc loco de dysillabis prepositionibus agit adiungit tamen de circiter que est trisillaba hoc ac ideo quia et greci prepositionis significationem retinet de qua superius fecerat et quia eiusdem prepositionis mentionem habuerat dicens cum a circa diriuari De hac ergo solummodo dicit hic quod ponitur pro peri accepta pro iuxta Sed differt a circa in eo quod circiter ad solum tempus pertinet ut circiter kalendas ianuarii vel wlt circa tum loca subiungi sibi circa se usque ibi Contra adversus

Erga etiam peri grecum significat

De erga quoque dicit quod significat idem quod peri sed tamen peri significat affectum et est summa sententie quod erga tunc nominibus personarum adiungitur cum bonus sive malus affectus ea designatur ut erga propinquos hec ac prepositio numquam componitur Contra vero de qua subsequenter aut quoque adversationem significat sive malum affectum et tunc ponitur pro circa ut contra adulterum dico quoque et significat repugnantiam et ponitur pro pro ante ut contra dico quoque significat positionem localem scilicet adversam ut apud Iuvenalem Stat contra starique iubet et significat toxernantos quod apud grecos adverbium est Contra ac tunc ponitur pro eo ponitur sine casu ut in preposito exemplo Diriuatur ac ab ea contrarius et invenitur in compositione ut contradico vel Contra adversus quoque damus personis ipsa malesicus est erga ea vero prepositionem atque propinquum

Extra quoque quod significat to ekatoc

Docet de hac prepositione extra dicens Extra vero significat idem to ekatoc to namque ac prepositio circum apud nos articulus est ibi ekatos ac diriuatur ab eo quod est prepositio circum apud nos ... apud grecos ... ac ekatos adverbium sit solum non apud grecos tamen est apud nos et adverbium dicitur esse quia sine casu aliud verbo adiungitur quod est proprium adverbii ut apud persium Extra mecte et prepositio a latinis dicitur eo quod casualibus preposita per omnes sillabas grauatur quod prepositionis est proprium ut apud terencium Extra unam aucillam amiculam Et ac ex loco prepositionis ponitur dicit nichil mirum videri cum ex prepositio in quibusdam compositis invenitur posita pro extra ut exul pro extra solum Diriuatur ab eo extraneus et externus vel Extra menia dic vero usque ibi prepositiva tria

Inter quoque composita et apposita invenitur

Ut subsequenter de his prepositionibus inter intra et infra dicens Inter quoque invenitur composita ut intercapedo et apposita ut inter amicos ponitur etiam cum verbo sine casuali ut tu dextrorsum ille sinistrorsum ego vero eo inter Unde videtur velle ut debeat dici adverbium et diriuatur aliquando significat vero inter quoque dya et tunc significat locum vel quasi locum et cum significat dya invenitur tunc semper composita ut interrumpit quoque significat id quod apud grecos metaxi alias metaxis aliquando ta · di · ut apud virgilium Convers... oculos inter se atque ora tenebant et tunc secundum quosdam significat vicissitudinem secundum alios quod melius est localem positionem significat vel quasi localem In qua significatione inter potest et apponi utrumque posito exemplo in quo quasi localem positionem significat et potest componi ut in illo exemplo quod sequitur Interea loci quod sub uno accentu debet proferri et quod significat localem positionem quoque significat ea contenta in ea loco et significat locum vel quasi locum ut inter vicinos i est quod est circa et significat locum et quoque significat localem distantiam Ubi quod ergo inter significat locum sed quoque significat localem positionem ut intercapedo quoque positionem localem ut inter ut interrumpit interrogem intercapedo quoque positionem localem ut inter vi loca aliquando locum ut cum quadam commutatione significatione ut inter vi omnes De intra vero facit mentionem quod ab inter diriuatur quod

dicat semper adverbium esse et est lectio pro te quare quod in quibusdam libris inve
nitur ex inter compositione non diriva intra. sed puto quod male ibi scribitur non
Quidam tamen dicunt quod hoc nomine non usus est ibi pro vocabulo ut virgilius
falsis quod notas et rebus nomina mandat. nomina inquit id est vocabula Alii
vero dicunt quod ab inter dirivatur non ut interior Deinde subiungit intra quasi
diceret intra etiam quod est adverbium dirivatur ab inter sed istud falsum
est tamen autor dicat in sequentibus ab inter dirivari interior Debet
ergo talis lectio esse quod ex inter compositione dirivatur interea Et vide quod
intervallum est quod ab uno ad aliud aliquid mediat Intercapedo dicitur proprie quod
intercapitur id est quod intermittitur Dicunt tamen plerique quod intercapedo significat distantiam
loci intervallum distantiam temporis Interrex dicitur custos regni inter duos
reges id est qui uno rege mortuo custodit regnum donec rex alius succedat Intra
vero tamen sit ab in dirivatum significat to entos id est hoc quod est entos quod est
adverbium apud grecos et habet contrariam significationem ei quod est exot
Et vide quod tamen ab in dirivetur inter et intra et intus et intro haec et duo
ultima numquam componuntur casualibus sicut inter et intra que casibus ali
quando componuntur quo contra. licet foris et foras non habeant casibus compo
De quibus inducit ideo quia foris habet tamen extra Ab intra vero dirigitur in
secus internus et introrsus quorum primum et tertium vel ultimum adverbia sunt
medium vero nomen De infra quoque dicit quod dirivatur ab in et significat
to katon id est hoc quod katon apud grecos et quod dubitatio est de signi
ficatione eius quod est infra et ubi proprie debeat poni Dicendum est primo
quod infra significat locum ubi quemadmodum localia pro tempora
libus accipiuntur ita quoque infra temporaliter plerumque ponitur
ut infra decem annos Infra ergo proprie et principaliter significat locum
sicut intra et citra sed dicit quod intra contrariam habet significationem ei quod
est extra. haec enim localem significat inclusionem Citra quoque significationem
habet ei contrariam quod est ultra. haec enim locum ex altera parte significat
citra vero locum ex ea parte que ad nos est designat Ut si dicatur pla
to ultra Germaniam est. saxones citra Infra vero contrariam significationem
habet ei quod est supra scilicet quod hoc localem excessum significat vel
quasi localem ut si dicamus mercurius supra solem positus est. luna
vero infra solem posita est. in quo supra localem significat excessum
infra vero eius contrarium designat Vere ergo et proprie dicitur infra solem
luna discurrit sed non intra solem eo quod intra solaris corporis
ambitum minime sit inclusa Similiter si dicas supra hominem est hoc
facere Infra hominem est agere. hic excessum supra quasi localem ex
cessum designat infra vero contrarium eius designat Sic et apud
Statium invenitur Sed non et viribus infra tydea fert animus Ita quod
et in Ecclesiastico usus legitur a bimatu et infra occidit multos pu
eros Et illo ergo quod infra ambitum alicuius loci continetur proprie
dicatur intra ut intra civitatem intra menia. sed de hoc multi proprie
dicitur infra licet abusive inveniatur positum pro intra Et si subtili
ter consideres infra procul dubio quendam localis positionis tenorem
significat proprie Dirivatur autem ab infra inferus et infer more antiquo
et infernus et inferior et infimus vero composita tria veniunt ab in
inter et intra autem infra etc. usque ibi est exceptivum

Iuxta etiam quod significat to eccle

Interserit de
de hoc adverbio iuxta circa producta dicens iuxta quoque significat
to eccle id est idem quod essis apud grecos. hoc autem adverbium est apud
grecos unde videtur valuisse iuxta adverbium esse. sed quod ponitur pro pa
ra que est greca prepositio et iungitur tamen obliquo casui cui defuit ut
iuxta regem sedebat ideo dicta est a latinis prepositio. videtur tamen

poni pro equaliter ut Apud Salustium Morum ego vitam mortem que iuxta estimo. iuxta inquit id est equaliter et hoc latinum solum significat. Ratio enim est ac si dicat vitam mortem que eorum in eodem loco esse ponendam estimo. De pridie etiam dicit quod iuxte prepositionis etiam iungitur actu ut pridie kalendas Januarii. Est autem pridie temporale adverbium et casuale unde relinquitur intelligendum quod licet iuxta iungatur cum obliquo casu non tamen minus est adverbium sicut iuxta cum possit construi cum verbo sine casu obliquo ut tu longe sedebas a rege. ego vero iuxta. in prepositi-narum morem pridie sumit ut pridie nonas et idus sive kalendas que tamen est inter adverbia semper habenda

Monosyllabe prepositiones que casui ablativo serviunt

Capitulum secundum in quo declarat significationes prepositionum ablativo servientium et per diversi in tot partes quot ponit tales prepositiones unde dicit enumerando prepositiones Nam harum quedam sunt monosyllabe ut a ab abs. e. ex. pro. pre de. cum et clam. secundum quosdam quod magis ad verbum est. Quedam autem sunt dysyllabe ut coram palam. sine. absque. tenus quarum omnium ut a dysyllabis tamen fiat relatio inter prepositiones apud grecos adverbia sunt. sed casibus obliquis deserviunt et per transitionem personarum id est ut notetur transitus ad aliam personam ut coram rege hec omnia locutus sum et latini eas prepositiones esse asserunt. Quando autem cum verbis sine casualibus obliquis ponuntur et intransitive. adverbia ab eis putantur. dicit tamen quod sine et absque et tenus numquam inveniuntur sine ablativo casu ut ostendatur fieri transitus de una persona ad aliam personam ut sine te non vincerem. hic enim transit sermo de prima persona ad secundam. videtur itaque velle quod sine absque et tenus proprie apud latinos sunt prepositiones licet etiam interpretationes earum apud grecos sint adverbia Adverbia namque verbis iunguntur intransitive et omnibus casibus indifferenter ut in bonus homo est ille. non boni hominis officium facit. non bono homini loquitur In quibus omnibus non adverbium nullam facit transitionem At si dicam coram tiberine locutus sum. transitionem sine dubio facio diversitatem personarum non quia actus transire ostendatur de una persona ad aliam. sed quia cum sermo fiat de prima. transitus fit ad tertiam.

Quoniam ergo coram et cetere dysyllabe prepositiones que predicte sunt casibus obliquis coniunguntur plerique latinorum dixerunt eas esse prepositiones. Que autem quod hec sine casibus verbis possunt adiungi ab eisdem dicuntur adverbia esse cum sine obliquis casibus ponuntur quod probat auctoritate Censorini dicentis. quod super est prepositio cum adiungitur obliquo casui. cum vero sine obliquo casu ponitur cum verbo dicit eandem dictionem esse adverbium quod etiam de consimilibus dicit Inducat itaque auctor iste plura exempla sub persona Censorini cum sunt verba alicui loco cum est Super prepositio est ut apud virgilium etc. usque ad illum locum Idem Censorinus hec etiam subiungit ut supra dicit et unde sunt verba auctoris Subiungit autem mirum non esse accentum vel ordinem facere diversam prepositionum et adverbiorum quia scit cum sunt prepositiones preponuntur et gravantur omnibus syllabis et omnibus casibus. cum vero sunt adverbia non gravantur omnibus syllabis et iunguntur verbis sine casibus Subiungit inquam hec mirum non esse cum in aliis partibus orationis hoc inveniatur scilicet quod accentus vel ordinatio facit differentiam ut pone cum est adverbium acuit penultimam si sit prepositio gravatur omnibus syllabis preposita casualibus ut pone domum Similiter vero cum est coniunctio preposita gravatur cum nomen est acuit penultimam Ita quoque ergo invenitur casuale ut apud virgilium Illius ergo venimus id est illius et ponitur tunc pro nomine et acuit tunc penultimam Est etiam rationalis coniunctio que preposita gravatur Et de hiis per modum

preambuli Hec sunt dicta quantum ad primam partem capituli

Nunc singularium vim prepositionum casus ablativi

Progreditur deinde autor ad ostendendam vim predictarum prepositionum et primo
dicit de monosillabis que ablativo casui deserviunt postea vero de dissillabis ibi
Coram quoque et palam. Quantum ergo ad primum dicit quod omnes monosillabe fere eandem
vim habent quia et locum et tempus et ordinem equaliter significant. Sed dicit
quod quando consonans sequitur a et e solent preponi per appositionem ut a domo
e urbe. Ab vero et ex preponuntur non solum vocalibus sed etiam consonantibus
et hec est causa quare supra dixit monosillabas fere omnes eandem vim habere
et ab quidem preponitur vocalibus ut abigo quod est ex ab et ago compositum
preponitur quoque consonanti ut abduco. Similiter ex preponitur vocali ut
exoro et consonanti ut excurro. In appositione quoque ab et ex preponuntur
sed hoc fit semper sequente vocali ut ex illo et ab illo. Consonante vero
sequente raro preponuntur. Raro dicit quia invenitur ex quo et sic preponitur
ex consonante sequente. Quando tamen sequitur consonans magis id est frequen-
tius solent preponi a et e sicut predictum est. Sed hec nunquam preponuntur
vocali sequente. Illud quoque adiungit quod ab et ex in compositione etiam
preponuntur consonantibus nisi aspiratio vocali prohibeat. Nam aspiratio
vocalis prohibet dicere absalis ortu et ex sexta feria. Ponit autem deinde
exemplum ubi ex preponitur ad q ut apud virgilium ex quo me dividit.
De abs quoque dicit quod tam in appositione quam in compositione preponitur
consonantibus sed ab in compositione preponitur omnibus literis absque c. q.
vel t. Et preponitur quidem ab ad d ut abduco. Preponitur etiam ad f ut
affatur quod falsum esse videtur quia hic preponitur f ad f non autem b
sed ideo dicit preponi b quia affatur est compositum ex ab licet b mutetur
in f sequente ex causa f. Ponit etiam exemplum hic aufero in quo
b mutatur in u non in f licet sequitur f ne si diceretur affero muta-
ta b in f videretur ab ad componi non ex ab. Rursus quoque b pre-
ponitur ad l ut abluo. Preponitur etiam ad n ut abnego. Preponitur
ad r ut arripio ubi b convertitur in r. Est enim compositum ex ab et
rapio. Preponitur etiam ad p ut asporto quod componitur ex ab et
porto sed b conversum est in s. Est autem asporto idem quod habent alias ab
porto. Ideo autem in asporto non convertitur b in p ne si diceretur apporto
videretur ab ad compositum non ex ab sicut in aspello quod est com-
positum ex ab et mutatur b in s ne si diceretur appello videretur ab
ad compositum. Est enim aspello idem quod expello. Ut ergo totum breviter
colligam exemplis ostendit ab preponi ad d et f et l et n et r et p
non autem exemplificat quod ab preponatur huic consonanti h id est aspirationi ut
abiuro abiectus abhorreo sed non est curandum cum non negaverit ab
eis preponi posse. Et ideo fortasse tacuit quia rarius preponitur illis.
Et vide quod in orthographia dicit asparto interpretatum s hic autem dicit
esse b sed diversas hic et ibi sequitur opiniones. Addit iterum quod a
preponi solet dictionibus incipientibus ab m vel v consonante ut a
modo amendo ex a et mente et do quia qui insanit ex mente
datus est. Sic enim quidam libri habent. Alii vero habent emendo quod di-
citur vero esse et declinatur emendo emendis et significat idem quod
insanio insanis quod tamen in auctoritate vel usu non memini me inve-
nisse. In aveo autem quod ex a est et veo preponitur a v consonanti.
Illud quoque adiungit quod in appositione ponitur abs ante q ut abs-
quelibet. In compositione vero ponitur ante c et t ut abscondo
abstruo alias abstrudo quod est ex ab et trudo. Abstruo vero com-
ponitur ex abs et struo. De e vero dicit quod tam in compositione quam
in appositione invenitur ante b ut ebibo et d ut educo et

produat penultimam si dicitur educo educas si corripit tamen si dicitur e-duco educas quod est nutrire. ponitur iterum e ante g. ut egero. ante l. ut elimino. ante m. ut emineo quod est amaneo. ante n enervo quod est a nervis nervum. ante r. ut eruo. ante i et v consonantes ut ejicio ejicio. Petrus habemus auctoritatem quod debeat dici ejicio non solum eicio et dejicio ut composita sint ut quidam estimant. Similiter quod debet dici abjicio et dejicio ut composita sint a iacio mutata a in i. Et vide quod e proponitur ante ff. et d. In compositis vero ceteris communiter. Addit vero quod consonantibus ceteris a b et d et g et l et m et n et r et i et v consonantibus non preponitur e sed ex ut excubo preposita ex ad c. effero preposita rursus ex ad f. ubi x mutata est in f. exhorreo ubi ex preponitur aspirationi. expello ubi ex preponitur ante p. exequor ubi ex ponitur ante s. Dicit tamen quod melius dicitur exequor sine s. sicut in orthographia predictum est. excipio extendo. In uno quarum ex ponitur ante q in altero ante t. Dicit etiam quod ex preponitur vocalibus et de hoc ponit exempla. Addit iterum quod omnes predicte prepositiones i. a ab abs ex e vim habent consimilem. nisi quod a et abs et ab iunguntur verbis passivis vel ablativis i. ablativis casibus qui reddunt passivis vel ablativis verbis ut amor ab illo accipio ab isto. Ablativa autem verba sunt ablationem significantia ut aufero et similia. De e autem et ex dicit quod frequenter inveniuntur temporalia i. tempus consignificantia et de hoc ponit exemplum quod per se manifestum est. E quoque in compositione positum vel significat privationem ut enodis i. sine nodo vel intensionem ut eludo. Ex ponitur pro extra ut educo i. extra duco. Similiter et ex in compositione vel in compositis ut ponitur pro extra ut excludo vel designat ut explico a plica plico et removeo. Vel explico i. extra plicam pono et removeo vel intensionem significat ut exoro. efficio. Dicitur autem ab abs absque non enim quod in compositione convenit dicitur posita nisi ibidem vim et significationem coniunctionis operetur et retineat vel recipiat sicut est ubique et in ceteris que ponit que non habent vim coniunctionis. Ideo quod non sunt composita sed per dictionem ab ubi dicitur ubique seu dictum ubique. Deinde de ceteris dicendum est. Ablative tuas nunc profert prepositiones. Significando pares sunt abs ab et a sil. ex. e. Et usque ibi De solet interdum

De non solum casum appositio significat

Hic ostendit diversas acceptiones huius prepositionis de dicendo. De quandoque significat causam appositio i. hoc quod apud et tunc est materialis ut si dicas hic anulus est de auro. Quandoque significat causam peri i. hoc quod peri et tunc enumerativa est ut de pertribulationibus. Quandoque ponitur pro alta et tunc significat locum ut descendo i. deorsum scando. Quandoque significat intensionem ut deprimo. Quandoque significat privationem ut demens i. sine mente. Textus De solet mutare. Et usque ibi pro casum. not.

Pro est cum localis invenitur

Hic autem de primo. Unde per h. Similiter et pro quandoque significat locum et in appositione ut pro templo. et in compositione ut procurro. Quandoque significat tempus ut prospicio pro-avus. quod tamen dicit plerique temporum a procul eo quod in proavus corripitur pro. Similiter et cetera omnia in quibus pro corripitur dicunt a procul composita ut protervus quod componitur a torvo. Alii vero dicunt quod more greco corripitur. Prepositio pro apud nos in compositis dictionibus ponitur autem pro loco. e. vel super ut prominet vel supereminet. ponitur etiam pro ante ut prefortibus quasi ante fortibus et pro viribus suis i. ad vires suas. Ponitur quoque pro in ut pro testimonio affert dixit. hoc est in testimonio. Significat etiam causam i. pro eo quod est super ut pro milione locutus sum i. loco milionis in quo tamen pro memorative poni videtur. Ponitur quoque pro interiective et coniungitur ut apud Salustium pro deum atque hominum fidem et ponitur admirative. Textus Catz natat. Et usque ibi Pre casum preiens

Pre et per appositionem et per compositionem

Hic facit idem de pre in .p. h. pre pone et componitur et apponitur. Ponitur autem pro ad ut apud Terentium hic ego illum contempsi pre me .i. ad comparationem mei. Ponitur etiam pro ab ut apud eundem Terentium ut sit misera pre amore hunc exclusit foras. Ponitur quoque pro super ut presideo. Ponitur etiam pro valde ut precelsus .i. valde celsus. Ponitur etiam pro ante ut precurro .i. ante curro. Dirimatur autem ab eo preter .vii. pe casum propter causam quam notabit etc. usque ibi Instrumentalis

Cum autem adverbium ut esse

Subdit consequenter de cum dicens. Cum autem et adverbium potest esse quando temporale est et prepositio quando significat idem quod sin et tunc est copulativa ut cum duabus pugno. Non invenitur autem in compositione. Nam loco eius ponitur semper con prepositio inseparabilis mutat autem con sicut in .n. in m. in sequentibus .b. vel .m. vel .p. sequentibus ut combibo imbibo communis immunis compello impello. Sequentibus autem .l. vel .r. in et con mutant in .n. in cas ut collido illido corripio irruo corruo. Invenitur tamen .n. integra sequentibus .l. vel .r. ut raro nec debet fieri cum apud grecos Sin et en que valent quantum con et in mutant .n. in .m. sequentibus .b. vel .m. vel .p. Sequentibus vero .l. vel .r. mutant .n. apud grecos in cas. Similiter ergo et apud nos debet fieri. Illud quoque adiungit quod cum prepositio postponitur ablativo pronominis prime et secunde et tertie persone ut mecum tecum secum nobiscum vobiscum et ponitur tunc encletice .i. inclinat accentum suum super precedentem sillabam. Si enim servaret accentum suum postposita acueretur ut quo cum et similia. Nunc vero habet accentum super se precedens ut mecum. Et vide quod enclesis grece inclinatio dicitur latine unde et quoque dicitur coniunctio encletica .i. inclinativa que inclinat accentum precedentis sillabe super se et remittit suum super precedentem sillabam. .vii. Instrumentalis cum cermit et specialis etc. usque ibi Sed quas clam celat

Clam ut diximus apud grecos adverbium est :—

De clam dicit consequenter quod apud grecos est adverbium quod dicit ut equipollens ei apud latinos. Ideo vero dicitur prepositio esse que deficit casualibus et eis preposita gravatur more prepositionum ut apud Terentium. Nec clam te est etc. Potest tamen clam etiam adverbium apud nos dici cum verbo iungitur non desiderans casum ut apud Virgilium. Clam ferro incautum superat. Nec unquam invenitur in compositione nec solum ablativo verum etiam ut adiungi accusativo sicut donato videtur. Fit autem diminutivum ab eo adverbium clanculum tum madi diminutivum incipiam hic prepositio. Unde clam magis debet dici adverbium. Dirivatur rursus ab eo clandestinus unde constat quod penultima correpta debeat pronunciari cum non habeat .t. a primitivo. Addit autem ad differentiam adverbiorum et prepositionum quod adverbia apud grecos certam aliquam habent significationem. Que vero prepositiones sunt varias habent significationes. Unde ita constat quod clam adverbium est cum certam habeat significationem. Puto autem quod qualitatem significet licet plerique dicant quod tempus designet quod falsum est. .vii. Res quas clam celat coram quoque palam quoque revelat

Coram quoque et palam apud grecos :—

Aggreditur prepositiones dissillabas et primo dicit. Coram quoque et palam quarum equipollentia eorum apud grecos sunt adverbia. Sed quia deserviunt obliquis casibus a latinis dicuntur prepositiones. Sed michi inquit magis videtur quod debeant adverbia dici casualia

tum sine casuali vel casibus verbis possunt adiungi. Unde Virgilius: Coram quem quaeritis adsum. Et hoc inter primum manifestat quod sibi de textu videtur quae sumunt obliquis casibus et sine eis solent verbis adiungi, i. utrum sibi praepositiones videantur vel adverbia, et plane confirmat omnia huiusmodi magis adverbia esse casualia. Adiungit vero quod coram habet significationem contrariam ei quod est clam et nunquam invenitur in compositione. Differunt autem coram et palam quia coram ad singulares pertinet personas ut coram rege, palam vero ad omnia pertinet. Nec enim congrue dicitur palam rege sed palam omnibus, et per se ponitur ut apud Terentium: Continuo palam est, i. manifestum est omnibus, ut secundum huiusmodi relationem ad omnia pertinere dicatur. vs Coram personas res vero palam praeit omnes

Sine etiam et absque apud grecos adverbia sunt:

Ostendit significationes sine et absque. Unde dicit Priscianus: Sine autem et absque quibus aequipollentia eis apud grecos sunt adverbia, apud latinos tamen sunt praepositiones et significat utrumque abnegationem nec invenitur in compositione. Alius textus et melius: et consignificat unum abnegationem nisi inveniatur in compositione. Falsum ergo est quod sincerus compositum sit a sine et cera vel sincerus a sine et carie. Sed sic intelligendum est quod sine scilicet nunquam invenitur integrum in compositione, et tamen absque in compositione nullo modo invenitur. Sine quoque verbum imperativum est sed differt accentu quia cum est praepositio gravatur praeposita per omnes syllabas ut sine timore, postposita autem penultimam ut te sine. De absque vero dicitur quod dicatur ab abs. Neque enim compositum est sicut plerisque videbatur quoniam que nunquam amittit vim suam in compositione sed semper operatur in ea copulationem ut hic atque et similibus. Quando vero vim suam amittit debet syllabica adiectio dici ut in undique et similibus, sicut de apud grecos sine ulla coniunctionis significatione additur syllaba, quibus tamen quidem apud grecos habeat esse. vs Sunt removendo pares sine nec non absque velut nil est tutum sine pace nil vivit absque labore

Tenus theochris significat.

Declarat significationem huius praepositionis tenus dicens: Tenus cuius interpretatio est theochris apud grecos adverbium est, quia tamen apud latinos nunquam sine casuali invenitur merito inter praepositiones connumeratur. Adiungitur autem non solum ablativo verum etiam genitivo more grecorum sicut apud Virgilium: Et crurum tenus etc. Crurum inquit tenus pro tenus cruribus. Si quis autem quaerat quae pars regat crurum, dicendum est praepositio tenus quia tenus more grecorum adiungitur genitivo, cuius possit et haec ratio reddi quod genitivus est positus pro ablativo. vs Semper postposita cuius tenus invenitur. Ipsa tamen cum praepositivis connumeratur. Ex hoc quod nunquam sine casu reperiatur.

Restant quatuor praepositiones que propria

Capitulum tertium in quo postquam egit de illis praepositionibus quae deserviunt ablativo casui, agit consequenter de illis quae utrique casui tam accusativo quam ablativo iunguntur. Sunt autem quatuor: In, sub, super et subter. Et secundum hoc capitulum per istae quatuor partes. Quantum ad primam sic dicit P.: In ergo quod significat eis apud grecos, i. cum ad locum significat, hoc est motionem ad locum, vel tum significat idem quod catha quod est cum ponitur pro contra, tunc accusativo iungitur ut in urbem vado. In adulterum dico. In primo sale accusativo iungitur ut in urbem vado. In alio autem ponitur pro contra. Contrariorum ad locum significat.

at ponitur pro ad. iungitur etiam acto ut apud virgilium Impulit in latus
quasi ad latus Cum at ponitur pro en greca compositione deficit ablto casu
i. tunc localem per metonomiam significat ut in italia urbe In compositione vero
aliquando privationem significat ut iniustus Aliquando intensionem designat ut imp:
mo tenuius at autor iste de In compositione nichil aliud dicat Nobis tamen ea
que multo labore et diversis usibus autorum collegimus ad communem uti
litatem latinorum non gravabimur apponere In ergo compositio tunc iungitur
acto casu tunc diuturnitatem vel interminationem vel infinitatem significat ut
ibi Ipso quam hic in dies longius est Et ibi In tempora longa iste
prophetat Et ibi Ut inhabitem in longitudine dierum In quibus autem
In diuturnitatem significat Et rursus dominus regnavit in eternum Iusti
at in perpetuum vivent ubi interminatum significat infinitatem Rursus tunc
ad In subauditur usque tunc et iungitur acto ut qui odit animam suam in
hoc mundo in vitam eternam custodit eam i. usque in vitam eternam Et item
Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum servare
in illum diem i. usque in illum diem Rursus tunc ponitur pro iuxta
tunc etiam servit acto casu ut in hunc modum certabant coram
rege i. iuxta hunc modum Et item misit ad Ezechiam in Iher[usa]l[em]
i. iuxta Ihe[rusa]l[em] ubi Rursus tunc In ponitur pro per exigit accusativum
ut ibi Aperite michi portas iusticie et iusti intrabunt in eas i. per
eas Rursus tunc In ponitur pro supra tunc quoque iungitur acto
quod ut apertius intelligatur fit tunc liber absque expositione ostenditur
ut Ieronimus in Matheum . Beda in marcum Ambrosius in lu
cam Augustinus in Iohannem i. super Iohannem Rursus tunc In po
nitur pro super iungitur acto ut ibi Exaltare super celos et
in omnem terram gloria tua Et item loquitur pacem in plebem
suam Cum at vel in eadem loco vel in aliquo alio motio fieri on
ditur tunc In ablto iungitur ut currit in civitate vel in loco ubi
campo Necnon etiam cum motio de campo ad alterum campum
fieri ostenditur dicendo discursus etiam in ipso campo fieri signi
ficatur Item tunc In pro inter vel pro intra ponitur ablto tantum
adiungitur Et pro inter quidem ponitur ut ibi Accepisti dona
in hominibus i. inter homines Et ibi similiter Benedicta tu in
mulieribus i. inter mulieres Et in apostolo In quibus et vos
vocati estis domini nostri Ihesu Cristi In quibus inquit i. inter quos
Rursus tunc In tunc ponitur pro intra ut ibi Conclusisti me in mani
i. intra manus Et rursus Oratio mea in sinum meo convertetur
i. intra sinum meum Et item virgo Isr[ae]l revertere in civitatibus
tuis Rursus tunc In pro super ponitur iungitur ablto frequenter
ut ibi Iacta cogitatum tuum in domino Et misit deus filium suum
in terris Unde fortunatus In ci[...] sticulas quos actio vereat in
astra i. super astra Verumtamen In compositio plerumque pro sup
posita iungitur acto ut supra diximus Rursus In pro per plerumque
posita iungitur ablto ut ibi Multifariam multisque modis olim lo
cutus est deus patribus nostris in prophetis i. per prophetas .
Quamvis et in positum pro per saltem iungitur acto ut supra dictum est
fit tunc per localem transitionem signat ut aperite michi portas iusticie et
iusti intrabunt in eas i. per eas Rursus In aliquando ponitur pro ad
et iungitur ablto ut ibi Exunt in latere tuo mille i. ad latus tuum
Et et In posita pro ad quandoque servit acto iungitur ut impulit in latus
i. ad latus quod fit tunc localem motionem designat Rursus quo:
tiens In ponitur pro ante iungitur ablto ut Intret in conspe
ctu tuo oratio mea i. ante conspectum tuum et ibi Hoc est mi
rabile in oculis nostris i. ante oculos nostros Et de In compositione

sufficiat hec dixisse. hec pe. he. Unde Hugwitio sedecim modis ponit in construi cum casibus. septem modis cum acto sicut patuit sup. Sex ac cu ablto quorum quatuor dicta sunt scz quotiens in significat motionem in eadem loco Item quotiens in significat permanentiam Item qn ponitur pro inter Item quotiens ... ponitur pro intra, et subdit quintum quotiens ponitur pro cum ut in baculo meo transivi Jordanem istum i. cum baculo meo Item subdit sextum de quo pretactum est quotiens ponitur pro ante cum utroque casu construitur indifferenter tribus modis primo qn ponitur pro super ut dictum e Item quotiens ponitur pro per sicut etiam pretactum est Item quotiens ponitur pro ad.

Sub quoque cum ad locum hec significationem

Hic secundo ondit diversas acceptiones sub. dicens Sub qn significat ad locum et ponitur pro ante vel per iungitur acto ponitur ac pro ante ut ibi Sub lucem exportat tales i. ante lucem ponitur quoque pro per ut ibi Sub noctem cura recursat i. per noctem Cum ac sub in loco significat ablto iungitur ut ibi. Ultima subadusta posuit radiantia quercu ubi in loco significat Et inde qn prepositiones locales temporibus vel alijs rebus iungitur similem habet constructionem quo cum dicatur sub die ita quoque sub iusticia dicitur et sub hoc quo sub die et sub templo In compositione vero semper hec sublocalem significationem ut subeo suppono vel vim diminutiuam ut subrideo i. parum rideo Mutat ac b in c sequente consonante si ea quibus adiungitur sub incipiat a c ut succurro vel in f ut sufficio vel a g ut suggero vel ab m ut summitto vel a p ut suppono

Subter et super contrarias habent significationes

Hic tercio et ultimo tractat significationes harum duarum prepositionum super et subter unde p. h. De super vero et subter dicit quod contrarias possint habere significationes Constat ac quod locum significant Iungitur ac acto cum ablto Quibusdam tamen videntur figurate ablto iungi quo post et ante. figurate ac dicit quia abltm cui adiungitur videntur regere necnon regunt. In loco adverbiorum necesse est accipi eas ut ibi longo post tempore visum Ita quoque ponitur et super cum ablto ut ibi Femina quod sub arbore sedunt Similiter et ibi Fronde super viridi. ubi super ponitur vel adverbialiter vel pro in ut alibi dicit Quando ac super ponitur pro de procul dubio iungitur ablto ut Multa super priamo rogitans super hectore multa Invenitur etiam adiungi ro vel ... participijs et tunc sine dubio est adverbium ut ibi Erre super mesti. i. valde mesti Invenitur etiam in compositione ut supersedeo Dirivatur ac a supera quod dicebant antiqui per apocopam ut supera per sincopam A super quoque dirivatur superius. superus. superbus et supremus Ergo a superbus fit superbio videntur ac mentiri qui dicunt hoc esse compositum a super et eo interposita b et e mutata in i Et huiusmodi possint esse opiniones hec. pe. he. Sed secundum Huguitionem supra comparatur. supra superior supremus vel summus Unde summa et summo summas ... Equatur extremo et cetera usque ibi Nunc addamus eas

Cum apud grecos omnes prepositiones que se dictas

Capitulum quartum in quo de inseparabilibus prepositionibus pertractat et primo quidem epilogat breviter quedam que de prepositionibus predixerat ut ad inseparabiles dictiones vel prepositiones commodius transeat Deinde pertractat principale intentum secunda ibi Sunt que nunquam apponuntur Et quia quantum ad primam partem littera patet Unde quantum ad secundam sic dicit p. h. Hec ac nunquam apponuntur sed semper inveniuntur in compositione Similiter hec di. dis re. se. am. con. que quamvis in contextu orationis per se poni non possint Unde not etiam partes que possunt vocari

tamen quia in compositione addunt aliquid significationi et preponuntur istis
prepositionibus terminant. Et di quidem et dis eandem habent significationem scilicet
aut separative i. separationem consignificant ut divido diduco distraho quod
dyaprepositio facit apud grecos. Conveniunt tamen preponitur dis tantum sequente c. ut
discumbo vel discutio vel f. ut differo in qua mutatur s in f. vel sequente
p. ut dispolio vel s ut dissero vel t ut distraho vel j consonante ut
disiectus. Quibuscumque vero consonantibus preponitur di ut dimitto diruo
diduco digero dilue et ubique di producitur excepto dirimo disertus in
quibus corripitur di. Et ecce habemus hic auctoritatem quod disrumpo
dicatur non dirumpo. Dicit enim quod dis prepositio sequente c vel f vel p vel s
vel t vel j consonante preponitur. Ceteris vero quibuscumque sequentibus
preponitur di. Quare sequente r debet di preponi. Non ergo dicetur dis-
rumpo sed potius dirumpo. Et vide quod tamen dicit aliis consonantibus
sequentibus preponitur di non negavit etiam posse preponi aliquibus per di-
ctatum. Ideo quod non per corrupcionem disertus si preponitur di quod dicamus
quod componitur ex dis et sertus sed amittit unam s. quod non videtur
vale si dis dicatur vocalem non productam habere cum disertus habeat
di correptum. De re vero dicit quod vel sonum est a retro per appocopam
quod sensus ipse ostendit ut respicio i. retro aspicio vel parum a re
dicatur retro sicut ab ex extra. De se quoque dicit quod ponitur
pro dya et consignificat separationem ut secubo i. seorsum cubo. Quandoque etiam
consignificat abnegationem ut securus i. sine cura. Dicatur autem a se
seorsum sicut a de deorsum. Quibusdam tamen videtur dici se a semis
quod facit separationem. Dimidium enim significat. Aliis autem a secus videtur
sed et quibusdam magis ea videntur esse a se dicta. Am vero
significat idem quod peri apud grecos quod est circum ut ambio quod
est ab am et eo sed b interponitur. De con vero nichil aliud dicit nisi
quod loco cum prepositionis accipitur sicut iam supra docerat. Ut
nunc adeamus etc. usque ad finem ibi Ulterior pars.
Et de prepositione quid dictum est nisi quod ad quartumdecimum huius
tractatum partium expositiones redeundum est. ¶ Siqua et nequa
composita sunt a si et ne et qua et fit ibi corruptio in com-
positione. Licet enim secundum priscianum dicendum est que vel qua in neutro
sed tamen que conveniunt ad siqua nequa tam pluralia quam singularia ut
siqua mulier i. aliqua siqua animalia i. si aliqua. Similiter ubique secundum
priscianum non est compositio. Vult enim quod in quibus est coniunctio non
operatur per coniunctionem illa non sint composita sed per adiectionem
sillabe dicatur. ¶ Item Encleseos inclinacio dicitur latine. Ton encle-
ticus ta tum i. inclinativus vero inquit. ¶ Item peri quam est adverbium
conveniunt acuto accentu dicitur circumdari et e contra quod terminus maxime
¶ vranos grece celum dicitur et inde vrania i. celestis. Et vranicus
vrania vranicum nomina adiectiva unde orbis vranicus i. orbe
celestis. Vranoten autem fit inde per adiectionem ten sillabe. Unde quod
ibi priscianus dicit supra et similia poni loco grecarum prepositionum
ut supra celum apponit grecum hic ΥΠΕΡ ΤΟΝ ΥΡΑΝΟΝ et est ύπερ
idem quod super ΤΟΝ articulus ΥΡΑΝΟΝ celum. Deinde ponit infra terram
et apponit hic grecum ΥΠΟ ΤΕΝ ΓΕΝ et est ύπο sub pro quo ponitur
infra. Ten articulus. Ge terra tunc accusativus est ten. ¶ Item intercapedo
quod est illud quod intercipitur i. intermittitur videtur tamen intercapedo
non fieri ab intercipio unde tamen formaretur dupondit ergo pleraque
quod aliud est intercapio aliud intercipio. Intercapere enim est quasi de-
prehendere. Intercapere autem ad distantiam localem pertinere videtur.

Dicatur ergo metrapodo distantia localis sicut in ualle significat. Ser desigt distantiam temporis. Si autem ita sit quod metrapodo metripio debeat dici in alia significatione temporum metripio et autoritate non habeo. Item intermedius est qui inter alios aliquid mutat. i. qui de uno ad alium mutat aliquid. Interrex ut predictum est dicitur custos regni inter duos reges et est compositum a rege et inter. Item pridie temporale adverbium est compositum a prima et die et deserviunt accusativo casui ut pridie kalendas i. die precedenti kalendas. Kalendas autem dicimus primam diem mensis a kalo quod est voco quia illo die sacerdos foras ascendebat antiquitus i. more antiquos ut populum convocaret ad nundinas clamans ter kalo. Propter quod dicimus kalende pluraliter videtur hic velle alibi quod cum dicimus pridie kalendas subaudiendum est ante. Sed diversitas sectulorum est apimignes. Unisillabum compositum est ab una et sillaba. Item exulcero dicitur ab ex et ulcus ulceris vel ut alii dicunt ab ulcero ulceras quod non meminimus me legisse. Dicuntur autem apasternata que per se solent innasci. Unde dicitur caput exulceratum ulceribus plenum. Est autem in compositis ab ex dubitatio quedam. Cum enim sequitur vocalis post ex ita in quibusdam pronunciare consuevimus ut videatur ex trahere sequenti vocali ut exaudio. In quibusdam autem per se et tunc disiunctum videtur sonum habere ut exequor. Sonat enim x tamen precedenti e et quasi disiunctum est ab e sequenti. Sed in hiis nichil aliud nisi usum sequimur de bene et euphoniam. Constat enim quod in omnibus compositis ab ex dicitur x quingi et levari tamen precedenti e. Item enervus componitur ab e et nervus et ponitur pro imbecilli. Enodis ab enodo enodas. Item exterris dicitur exul ab ex et terra. Item excors demens dicitur et est ab ex et corde. Item exero ab ex et sero seris serui quod modo ponitur in usu et ponitur pro ostendere ut exero ensem et pro nudare ut manus quibus operitur i. nudatas. Item expedio est ab ex et pedica. Item quod est compositum a pede et capio capis. Item exturpo ab ex et stirpe tamen pro radice ponitur. Item demum si est compositum componitur a demo et cum. Item deiuro a de et iuro quod si ponitur privative significat periurare. Si vero intensive significat quod valde iurare. Item procerus compositum a pro vel procul et torus. Item proclivus compositum a pro et clivo. Est enim proclivus quasi ante clivus vel quasi inclivus. Clivi autem dicuntur loca quasi inclinationem quandam habentia. Item proavus et pro et avus. Item preruptus dicitur mons quasi ante est a procul vel a pro et rumpo. Item proficiscor a pro et facio. Item imbuo ab in et bo vel do ruptum. Item proficiscor et interponitur quod non est in usu et interponitur b. et est bo id est quod madesco unde undus undi undum quod intus est madidum. Item communis a con et munium munii. Item immunis ab in et munium. Cetera manifesta sunt usque ad dirimo quod est compositum a di et emo interposita r. et e mutata in i.

Adverbium est pars orationis inde- clinabilis cuius significatio verbis adicitur. hoc enim perficit adverbium verbis additum quod adiectiva nomina appellativis nominibus adiuncta ut

prudens homo prudenter agit. felix vir feliciter viuit. Sunt
igitur quedam aduerbia que omnibus conuenienter sociantur
temporibus ut sapienter dico. sapienter dicebam. sapienter
dixi. sapienter dixeram. sapienter dicam. recte facio. recte
faciebam. recte feci. recte feceram et recte faciam Sunt
alia que cum tempora seperatim significent necessario se-
peratim eis coniunguntur temporibus ut hodie facio he-
ri feci. cras faciam. nunc intelligo. antea intellexi. post-
ea intelligam. quadam vsus quoque in eis uariatur. Sunt
que cum omnibus apte sociantur modis ut diligenter
curas. diligenter cura. utinam diligenter curares. cum
diligenter cures. diligenter curare velis Sunt que
non omnibus modis possunt coniungi ut ne cum est de-
hortatiuum indicatiuo non adiungitur. sed uel imperatiuo
ut Virgilius in vi° Eneydorum Tu ne cede malis
sed contra audentior ito. vel optatiuo ut Terentius
in sermone Eu utinam ne sermonem id suadere in
mentem incidisset Aut subiunctiuo ut idem in Aechophie
ne dicam dolo Aut infinitiuo ut Cicero in Inuectiuis
ne dici quidem potest quanta diminutione ciuium
Utinam optatiuo coniungitur Lucanus in ii° O utinam
celi qz deis herebis qz liceret Ni subiunctiuo copulatur
Terentius in Andria Ni metuam patrem Idem in For-
mione Ni michi esset spes ostentata Virgilius in iii°
Eneydos Ni teneant cursus Idem in primo Eneydos Ni
faciat maria ac terras celumque profundum Sed et
ni et ne quando pro neque accipiuntur inter coniunctiones
plerique posuerunt causales. quamuis significant abnegationem

aduerbijs ea magis applicat Et ne apud veteres etiam
pro nec ponitur et usus approbat Cicero In inuectiuarum iiii°
Ne dici quidem opus est quanta diminutione ciuium
Ni quoque pro ne accipitur sicut supra dictus usus ostendit
virgilius in iiii° Eneydos Ni teneant cursus· pro ne teneant
quod etiam donatus in comento eneydos iiii affirmat dicens
ni pro ne sicut veteres dicebant Non vero imparatiuo
proprie adiungi non potest nisi in compositione ut nolli Aptissime
autem imparatiuo sociatur vel subiunctiuo vel optatiuo Indicatiuo
ut virgilius in ii° Eneydos Non tibi tindaridis facies
inuisa lacene Culpatus ve paris diuum inclementia
diuum has euertit opes Subiunctiuo ut virgilius in vi°
Non michi si lingue centum sint ora que centum ferrea
vox omnes scelerum comprendere formas Omnia penarum
percurrere nomina possim Optatiuo ut idem in ii° Georgicorum
Non illam quisquam me nocte per altum Ire
neque a terra moneat conuellere funem Num quoque
indicatiuo soli adiungitur ad quod etiam pertinet inter-
rogatio Terencius in sermone Num quid meministi
Idem in eadem Num quid subolet patri Et verbum quod
sine adubio perfectam potest habere significationem Aduerbium
vero sine verbo vel participio quod vim verbi possidet
non habet plenam sententiam· quamuis enim ab aliqua
persona per se proferantur aduerbia necesse est ea
vel ad ante dicta ab alia persona verba referri ut si
quis me interrogauerit bona est superbia· et respondeo
non Vel per eclipsim dici si cunctante aliquo dicam bene

eloquenter · diserte · ubique enim subauditur dictis · Juvenalis · si
dicam non malus homo qui pro viribus suis subvenit clien-
tibus · subaudio est · In multis quoque aliis locis per hanc
figuram · inveniuntur sine verbis vel participiis adverbia ut
virgilius in primo eneidos · Heroas unde latinum subauditur
Et sciendum quod ut supra dictum est participiis aptissime quoque
adiunguntur adverbia · quid enim est aliud participium nisi verbum
casuale ut bene lego · bene legens · sapienter loquor · sa
pienter loquens · quod si aliud verbum verbo subiugabis id
significat · sed hoc interest quod participium non eget coniunctione
verbum eget ut bene legens disco · bene lego et disco · sapienter
loquens doceo · sapienter loquor et doceo

Accidit autem adverbio · species · significatio · figura
Species primitiva et derivativa. primitiva est
que a se nascitur ut non ita tum · clam · sepe
Derivativa vero que ab aliis nascitur ut clanculum · sepi
us sepissime · docte a docto · cursim a cursu · ductim a du
ctu ΚΑΤΑΠΟΛΥ ΓΑΤΙ Derivativa igitur adverbia vel ab aliis adverbiis
derivantur ut prope propius et ultra ulterius · citra citerius vel
a nominibus ut tullius tulliane · latinus latine · felix feliciter
Vel a verbo sive participio · vel participiali nomine ut sentio
sensus sensim · sto status statim · Singultio singultus singultim
Oratius in primo Sermonum · ut veni coram singultim pau
ca locutus · tractus tractim · virgilius in iiiito georgicorum ·
Tractim susurrant · Vel a nomine et verbo ut a pede et
tempto pedetemptim · Vel a pronomine ut hic illic aliquis et
ille · vel a prepositione ut ex extra · in · intra · con contra sub · subter
est quando et nam terminatio diversorum casuum constructionem
adverbialem suscipiens loco adverbiorum accipitur ut

Virgilius in vi° Eneydos Nimium vobis romana propago
visa potens superi. nimium dixit pro nimis Similiter i primo
eneydos Multum ille et terris iactatus et alto Idem i primo
eneydos Iam primum saxis suspensam hanc aspice rupem
Idem in primo georgicorum Sublime volans Similiter idem
in primo eneydos Vna eurus que nothus que ruunt p[ro] eruunt
Pronomina quoque pro adverbiis ponuntur ut virgilius in
viii° Hoc tunc ignipotens celo descendit ab alto. hoc pro
hinc Idem in primo eneydos Namque videbat uti bellantes per-
gama circum Hac fugerent gray premeret troyana iuventus
Neque enim ea manifestum adverbia esse accipimus. sed nomina
vel pronomina esse dicimus loco adverbiorum per diversos
casus posita per nominativum ut Virgilius in xi° Eneydos. Fors et
vota facit cumulatque altaria donis et in primo georgicorum
Sole recens orto. per genitivum ut rome. Cicero pro ligario Ro-
me ne sit ne re cum fratribus Salustius in primo hystoriarum
Ut deinde militiae et domi gestas composui Idem primo hy-
storiarum Itaque servilius egrotum tarenti collegam prior
transgressus Per dativum ut vesperi sorti ruri Terentius in andria
Quem ne ego heri vidi ad vos deferri vesperi virgilius in
iiii° georgicorum Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti
Terentius in sermone Cui opera vita erat ruri fere se co-
tinebat Per accusativum ut romam athenas Terentius in andria
Quid tu athenas insolens Per ablativum virgilius in bucolicis
Forte sub arguta consederat ilice daphnis Idem in eadem
Alternis dicetis amant alterna camene Cum autem loco adverbiorum
accipiuntur manent indeclinabilia licet iungantur nominum
vel pronominum vel participiorum diversis casibus ut

Sublime volans · sublime volantis · sublime volanti Sic igitur omnia
diversas nomina vim adverbiorum recipientia vel non [recipientia] et primi-
tiva quidem uniformia sunt nec regulam aliquam ad simili-
tudinem vel collacionem aliorum possunt accipere ut cras · cras heus Sic
nempe dirivativa vero que sub aliqua certa proferuntur forma
vel se adhibita collacione racionem plerumque regule possunt
accipere pro similitudine derivacionum plerumque ac diversorum sunt
excepta vel anomala ut bene · male duriter Ergo per singu-
las derivationes necessarium est eorum formas inspicere
A igitur derivancia vel primitiva sunt ut ita quod solum a
correptam habuit · quamvis quidam puta quoque adverbium
esse accipiant Ideo quoque persium id corripuisse ut hoc puta
non iustum est illud male rectius illud Vel composita ut
preterea · interea · postea antea que omnia producunt a ter-
minalem vel ablativi sunt nominum qui pro adverbiis accipiuntur ut una
qua · nequa · roma Virgilius in primo Eneydos Una eurusque
notusque ruunt creber que procellis Affricus · Idem in
eodem Qua data porta ruunt et terras turbine perflant Idem
in eodem Ne qua scire dolos medius ve occurrere possit Et sci-
endum quod propria civitatum nomina si prime vel secunde
sunt declinacionis genitiva quidem casu pro adverbio in loco
accipiuntur ut rome sum vel Tarenti Accusativo vero ad lo-
cum cuiuscumque sunt declinacionis ut romam eo vel Taren-
tum vel Carthaginem vel athenas Ablativo de loco vel per
locum ut roma exeo · Tarento transeo Sin tercie sunt ab-
lativo tam in loco quam de loco vel per locum ut Carthagine

sum Carthagine venio. Carthagine discedo Idem etiam pluralibus invenitur ut athenis sum athenis venio. athenis discedo Inveniuntur et cum prepositionibus nomina civitatum sepe prolata et maxime apud hystoricos Livius in primo Ab urbe condita Venerant et a lanuvino antio sic prolata auxilia Salustius in Catilinario Nam cum brutus a roma abeat Idem in Jugurtino Ad Cartham oppidum iter constituit Livius in xv Et famius supplementum a roma abduxerat Idem in primo Quem at ab roma posse excipi Idem in eodem Qua via ad vezerim ferebat Salustius in primo hystoriarum Ad olimpum atque phasellida In eodem Apud coricum et apud lethum oppidum et repulssus a lepte oppido et apud hilezadam cum multa opera circumdata Idem apud preneste locatus Idem apud mutinam Inveniuntur tamen etiam quedam appellativa supra dictam regulam sequentia ut militie militiam militia domi domum domo. humi humum humo Ex rodo plautus in mercatore Navem ex rodo qua est heri advecta filius

Ne correptam vel primitiva sint ut pone pene ex quo etiam aliud derivavit Plautus in mustellaria Ita mea consilia perculit penissime ne prope nempe quippe se pe inde et ex eo composita deinde subinde proinde perinde exinde que omnia antepenultima habent acutum vel quia per adiectionem habent de ut quibusdam videtur unde frequenter invenimus exin dein. virgilius in primo Eneydorum Exin gorgoneis allecto infecta venenis vel magis quia compositiones seperate gravantur ut coniuncte esse ostendantur acutum habet

assumpserunt attenta equo et coniunctio si et ne adubio co
ponuntur qn ut sicqn neqn Nam aliqn dre causa ab aliquo qd
consimilem sonum hre videtur acuit anpenultimam vel dinati
ua sue ut pagro pagre pumo impune habmdo habmde
rita unde irrito rite Nomina quoqz pro adubys in e correptaz
desinentia inuenimus ut Salustius in Jugurtino Ceta haud
facile compezta narrauezim Virgilius in iiijo Eneydoz
forte fuit iuxta tumulus quo cornea summo virgulta dem
in vio Sed sublime volans nubi se inserit atre ecclius
facile et sublime acta sunt forte ae ablatius Sic est sponte
sua et mane pmo nomina esse ondunt coniunctione aliore
casualia ut domi sue Sunt etiam composita in e corre
ptam desinentia adubia ut supra dicta perinde exinde et
primo impune Virgilius in ijo georgicarum Et sepe altius
ramos impune videmus vertere in altius Vel pote quoqz
compositum est ab adubio et nomine pote enim ab eo qd
est potis nascitur hic et hec potis et hoc pote Vnde per-
sius Quid pote vis dicam nugaris cum tibi calue id est quod
possibile Ab eo at quod est hic et hec potis et pote fit com
paratiuum hic et hec potior et hoc potius et superlatiuum potissimus
ex quibus etiam adubia potius et potissime n e
productam non inuenimus per initiua sed diriuatiua a nomi-
bus scde declinationis quorum datius in o desines in e
longam conuertitur et facit adubium ut hic claro clare
optimo optime pulcro pulcre affabro affabre Cice
ro in verrinarum vio Deum ullum qui ei paulo affabre
factus hic sano sane fero fere Excipiuntur bn et ma
le a bono et malo in e breuem desinentia multa

ac ex supra dictis nominibus ipsa terminacio dicta pro adverbiis
accipiuntur falso consulto postremo sedulo auspicato augu
rato manifesto privato precario merito Terentius in
Eunucho Seu vi seu clam seu precario Idem in Andria
haud auspicato huc me attuli Idem in Formione meri
to te amo Idem in eadem postremo sine ullo alio pacto
vel fenore Livius in xmo privato nos tenuissemus dici
tur tamen et privatim Salustius in Catilinario Ea privatim
et publice rapere et sepe corripuit O terminacionis ipsi in
adverbia transeunt ut cito sero modo Iuvenalis in iiijo
Et cito raptivus de nobilitate comesa Quod superest
Virgilius in nono Eneydorum Tu modo posce de
os veniam saris qui litoribus Statius in primo Thebay
dos Sero memor thalami meste solacia mortis Febe
parabis Idem in nono Queritur qui fidem tam sero repo
sci Necessario dicitur a necesse et sed necesse est verbo sub
stantivo Terentius in Eunucho Quid des paululum
est et necesse est multum accipere Thaidem Invenitur
tamen et necessarium Sunt tamen quedam ex eadem declina
tione quorum neutra pro adverbiis accipiuntur ut
multum nimium primum et primo Terentius in
Andria primo hec pudice vitam parce ac duriter age
bat etc At etiam prime dicitur ostendit idem Terenti
us qui compositum ab eo in Andria protulit Nam
id arbitror adprime in vita esse utile ut ne quid nimis
Nimium quoque pro nimis frequenter invenimus
et parum pro parvum Lucanus in vo Et quod nimium
parum qui distulimus Verum etiam et vero dicitur

Exaprimuntur a duro dure et duriter a largo large et largiter
ab humano humane et humaniter ab inhumano inhumane
et inhumaniter a firmo firme et firmiter Terencius in
Andria primo hec pudice vitam parce ac duriter agebat
Cicero in iiijo verrinarum respondit illa ut meretrix non
inhumaniter Idem in xiijo philippicarum putare aliquid
moderate et humane facturum Idem in vjo de republica
firmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia esse volu
erunt Idem ad pensam primo de anthiocho fecisti humaniter
Inveniuntur tamen et alia quibus tamen non est utendum pom
ponius in antorata Ludit nimium insaniter pro insane
Seueriter quoque pro seuere Titinnius in philura Seueriter
hodie sermonem amica mecum contulit Idem blanditer
benigniter plautus amatere auariter munditer seueriter
mestiter equiter asperiter Novius festiniter. Lucillius
ampliter ignauiter. Varro probiter mutuiter. Ennius
proteruiter ignauiter iracunditer. superbiter temeriter
preclariter toruiter puriter reuerecundiler miseriter
prosperiter Dicitur etiam abunde ab abundo et abundanter
ab abundans Sciendum tamen quod quedam aduerbia non plene
seruant significationem que in nominibus est a quibus deriuatur
ut ferus fere sanus sane. sensus sensim Ideo autem dixi
non plene quia potest esse aliqua ratio ut fere dicuntur
que dum torpore feriuntur quippe cum quatuor pedibus
utantur. fere ergo pro iuxta quod ceteribus animal iuxta
sunt. sanus pro validus accipitur. ergo et sane pro
valide Hac quoque notandum est quod a valido valde pro va
lide per sincopam profertur sensim pro paulatim quia

ea maxime faciunt sensum que morant. avito vero verbo vel ratione pro recte quia nichil traditur rectibus nisi quod rectum esse credatur A quita quoque declinacionis nominibus composita e produnt pridie hodie postridie meridie quoque pro adubio accipitur cum sit nomen N i quoque desinentia inveniuntur adubia sed pauca primitiva ut heri vbi et ibi dicitur et here Juvenalis in primo Res hodie minor e here tum fuit ac eadem cras deterit exiguis aliquid Oratius in 2o sermonum Nam mihi convivam querenti dictus here illic de medio potare die Alia vero nomina sunt loco adubii posita per genitivum plerumque ut domi thau: romini lampsati thuri ephesi belli. Livius in 2o ab urbe condita duo nefanda facinora decem viri belli domi que adiunxit inveniuntur etiam per dativum ut vespere et sorti Terentius in Andria Quem ne ego heri vidi ve: speri ad vas afferri Virgilius in 4to georgicorum Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti Nec non etiam per ablativum ut qui pro quomodo vel unde Terentius in Andria Nam qui tibi ister madit suspitio qui quia te noram Idem in eadem Audivi et credo multa contrarium sed qui coniecturam hanc nunc facio. est enim ablativus a quo vel aqui N o primitiva quando ut cum temporale et ex eo composita sicut necum aliquando que antepenultimam habent acutam ne due partes ut supra dictum est esse putentur diverse vel dicte causa Derivativa vero a tis citra unde ultro citro que Cicero pro roscio per ea homines cursare ultro citro que non destituerunt Ab in quoque intra et intro et intus et inter Sunt

etiam composita presto profecto Alia vero nomina sunt uel pronomina
adverbialiter prolata ut falso merito sedulo cito sero vero vtro vt
que liuius in vmo ab urbe condita vtroque exercitus missi sibi
quo aliquo eo illo Sed que pro adverbiis accipiuntur inveniuntur
interdum corripientia o sicut ostendimus ‖ In v finita
inveniuntur denominativa ut diu et ex eo compositum interdiu
et a nocte noctu Nam astu nomen est indeclinabile quo terencius
Terentius in eunucho Heu quid amat an sit ille quid me
retrix fiet an in astu venit quod nisi esset nomen seperata
propositio ei non proponeretur ‖ In ae diptongum nomina sunt
genitiui casus loco adverbii posita romae corsicae capuae Salustius
in Iugurtino Sed ubi romae comperta sunt Idem in primo historiarum
Res populi romani marco lepido catulo que consulibus
ac deinde domi et militiae gestas ‖ In oe au eu ei oh
ah terminantia interiectiones sunt quas greci adverbiis connumerant
Oratius in carminibus secundo heu hoc bache precor Idem in
secundo carminum heu hoc recenti mens trepidat metu Te
rentius in eunucho An abscedo ne compendius hic quidem
tu illo oe Idem in eodem ei ei Idem in eodem oh illud vides
ob ut sibi distorsit carnifex Idem in Andria dictura ne
es quod rogo au virgilius in secundo Eneidos Ei michi qua
lis erat quantum mutatus ab illo hectore Idem in eodem
heu fuge nate dea iam te que his eripe flammis
In c primitiua inveniuntur sic donec quod etiam
donicum antiqui dicebant plautus in captiuis Auscul
tatum facies ego mea mitti donicum ille huc redierit et
diriuatiua pronominum hic illic istic huc illuc istuc hinc il
linc istinc hac illac istac et omnia uel natura uel positione

produtunt extremam sillabam excepto donec et in fine cir
cumflectuntur si vocalem longam habuerint natura Com
posita quoque inveniuntur ut adque abhinc dehinc

In l pauca inveniuntur semel · pol edepol ul etiam
conmitto pro valde frequenter invenitur Cicero pro mu
rena vel maximum bellum populo romano cum rege anthiocho
gessisse | In am primitiva clam coram Diriatiua ul co
posita nequicquam nequaquam neutiquam Praeterea quam quod est si
militudinis ul comparationis siue electionis adverbium accipitur
virgilius in xi° Quam facile accipitur sater saxo alos ab alto Salu
stius mare ponticum dulcius est quam cetera · quamvis in preparato eius
 ixxxep apud grecos coniunctio sit electiua · Bifariam etiam et trifari
am et omnifariam composita sunt a fando et a propositis dictionibus

In em primitiua item tandem Composita ut itidem ibidem indidem
identidem Cicero pro rostio indidem neameria | In im et denomi
tiua inveniuntur et verbalia siue participalia ut a parte partim a
viro viritim a vice vicissim · ab ostio ostiatim a statu statim a ra
ptu raptim a saltu saltuatim a cursu cursim a stricto strictim
a furto furtim a sensu sensim a singulis singulatim ab af
fatu affatim ul a greco magis affatos i abunde unde et
corripitur fa a privato privatim a paulo paulatim a sin
gultu singultim Oratius in primo sermone et verum coram sin
gultim pauca locutus · presertim confestim a tractu tra
ctim a carpta carptim a ductu ductim Plautus in gurgu
liane Dive ductim si hac abit hac persequar || In im
primitiua pauca sunt iterum sursum rursum et rursus
prorsum et prorsus Diriatiua ul composita dextrorsum
sinistrorsum Oratius in ii° sermone Ille sinistrorsum hic

dextrorsum abit unus utrique error sed antiqui etiam dextrovorsum
dixerunt Plautus in Rudente Sed dextrovorsum aversa est in ma
lam crucem. rursum deorsum sursum orientem versum occidentem
versum Terentius in Adelphis Similiter in utroque vorsus
Plautus in Captivis utroque vorsum rectum est ingenium
meum Haec enim quoque composita esse videntur tamen sub
uno accentu proferantur Melius tamen dicemus quod inclinat
sibi supradicta nomina Sibi actutum diminutivum est ab actu
id est celeritate Virgilius in IX Tunc certa reddit actutum pius
Eneas atque integer evi Ascanius Nomina quoque loco ad=
verbiorum in eadem terminatione inveniuntur ut multum primum
nimium parum pro parvum Lucanus in VI Et quam nimium
quam parvum quam distulimus pro multo et parvo || n n
pauca inveniuntur ut en forsan forsitan || n r primita
tur et per quam pro valde accipitur Diminutiva a nominibus
vel participiis tertie declinationis inveniuntur in ter exeun
tia. sed in n s. desinet tamen is genitivo in er convertunt ut sapi
ens sapientis sapienter prudens prudentis prudenter
indulgens indulgentis indulgenter Alia vero assumunt
dativo ter penultima correpta ut fortis forti fortiter utilis
utili utiliter. felix felici feliciter audax audaci audaciter
sed per sincopam in usu est frequentiore audacter Te
rentius in Formione Nimis multo audacter quam nunc
ledit lederet Salustius in historiarum II audaciter pro=
tulit secundum analogiam et Cicero pro Sexto Roscio Multa
scelerate multa audaciter multa improbe fecisti Exci
pitur facilis quod pro faciliter facile loco adverbii

habuit mysii virgilius in ix° Quam facile capitur saxo sacer
ales ab alto difficilis ad difficulter facit pro difficiliter et ab
dim(inutivo) dimo pretea a tribus et quatuor nascuntur adverbia
ter et quater. obiter enim compositum est ab ob et iter.
Similiter paulisper tantisper parumper composita sunt
vetustissimi tamen quedam contra supra dictam regulam pro
tulerunt Sed siquidem sunt nomina neutra pro adverbiis ut sub
lime volans assumantur alii vero reiciantur ut pomponius
de philozophia Cum ister memore meminit pro memoriter
Aliter quoque ab eo quod est alis huius alis huic ali pro
alius alii secundum supra dictam analogiam profertur. In
as denominativa invenio ab extrema circumflexa alias
In es productam sades hercules plerasque tamen a numeris
nascuntur .i. a quinque usque ad mille ut semel bis ter quater
quinquies sexies decies vigesies vel vicies centies quinge
ties milliens. In is correptam nimis quod etiam nimium
dicimus satis quod etiam loco nominis positivi accipitur itaque
etiam comparationem recipit satius Terentius in eunucho Clare
de ad ignem hunc iam tale stes plus satis Lucanus in primo
Tu satis ad vires romana in carmina dandas Iuvenalis in
iiii° Hoc satius quam si dicas sub iudice vidi quod non vi
disti. satius pro melius. In us correptam penitus rursus
et rursum prorsus et prorsum secus celitus a celo stir
pitus a stirpe funditus a fundo virgilius in ii° Eney
dos Rursus et altius In eodem Rursum ex diviso celi telias
que latebris. radicitus a radicibus virgilius in ii° Eney
dos Radicitus eruta pinus. mordicus divinitus quantus

dicatur th et divine et humane vel humanit[er] . s[ed] diversas h[ab]ent si
gnificationes Nam divinitus a dis et humanitus ab hominibus
monstrat Divine a[utem] et humane vel humaniter similit[er] dis et
hominibus significant Cominus quoque et eminus localia s[unt]
Adversus quoque quod etiam ntus est quo nullus pro inimice
Terentius in andria liberatus sum Dave hodie op[er]a tua ac
nullus quod Similiter fors cum sit ntus accipitur pro ad
verbio virgilius in xi° fors et vota facit cumulat q[ue] altaria
donis Et omnia comparativa que nomi[num] comparativorum
g[e]n[er]is neutri similia sunt ut clarius prudentius ocius
satius ‖ n ens totiens a tot et quotiens a quot et a
multo multotiens et aliquotiens ab aliquot Salustius in
p[ri]mo hystoriarum Neq[ue] detrusus aliquotiens terretur
n T sat pro satis et dumtaxat quod ab adverbio com
ponitur et v[er]bo et forsit pro forsan Oratius in p[ri]mo ser
monum Dissimule hoc illi quia non ut forsit honorem iure
mihi invideat quivis n x vix mox pax quod e greco
qui significat cum mo ‖ n n C nunc hinc ‖ n p s
deinceps Inveniuntur diverse adverbia forme ex eisdem
d[er]ivata nominibus ut a fors forte forsan forsitan forsit
fortase fortasis virgilius in xi° fors et vota facit cumu:
lat q[ue] altaria donis Idem in bucolicis forte sub arguta
consederat ilice dampnis Idem in p[ri]mo Eneydos forsan
et hec olim meminisse iuvabit Idem in bucolico forsitan
illum a[ut] herba captum viridi Idem in xi° Celo q[ue] animum
fortasse ferebat Et fors quidem et forsan et forsitan dubi
tandi sunt . forte v[er]o eventus pro fortuitu quod a fortu
itus d[er]ivativo nomine fit . fortase a[utem] et fortasis pro temere

quid a diuino quoque diuinitus ΘΕΙΟΘΕΝ diuine ΘΕΙΩC
Similiter a fato fatutu MOIPΘEN fato et fataliter MOI
PIΔIΩC ab omni anno ΠANTEAΔΩC et omifariam in oem
partem uel ex omni parte Diriuatiuorum aduerbiorum
species est etiam in comparatiuis et superlatiuis · preterea
diminutiuis quod apud grecos non est et plerumque de
nominatiua sunt hec ut clarus clarior clarissimus · clare
clarius clarissime · felix felicior felicissimus feliciter felici
us felicissime · bonus bellus · bene belle · primus pri
mulus primum primulum · longus longulus longe
longule Inueniuntur tamen pauca que quamuis a nominibus
non diriuentur tamen habent comparatiua uel diminutiua
ut sepe sepius sepissime Antiqui tamen et sepior et sepis
simus protulisse inueniuntur sicut ultra ulterius ultime
ulterior ultimus non enim aduerbia a nominibus sed ab aduer
biis huiusmodi nomina nascuntur supra superius supre
me superior supremus citra citerior citime citerior citi
mus extra exterius extime exterior extimus · infra infe
rius infime inferior infimus diu diutius diutissime di
utior diutissimus nuper nuperius nuperrime · antiqui
nuperus nuperior nuperrimus · Ocior quoque ocissimus
et ocius ocissime a greco ΩKYΣ Satis quoque quia pro
sufficiens accipitur quod supra diximus ideo habet compa
ratiuum satius Attendendum est igitur quod non inueniuntur
comparatiua aduerbia nisi sint adiecta comparatiuis
nominibus · diminutiua tamen rarissime ut clam clancu
lum Terentius in Eunucho Clam in cellulam ad te

patris perend omnem congerebam clanculum Diriuant autem a
nominibus ut sapiens sapienter a pronominibus ab ille illic
A verbis detero deterius a participiis indulgens indulgenter
A prepositionibus ex extra · sub · subter in inter

Figure adverbiorum sunt tres simplex composita de
composita Simplex ut diu huc Composita ut inter
diu adhuc Decomposita que a compositis ut a
potente potenter a in fecunde infecunditer ab
indocto indocte ab imprudente imprudenter Hec tamen que
et simplicia sunt absque dubio etiam composita possunt esse
ut docte indocte prudenter imprudenter Nam efficacius
sine dubio decompositum cum ab adubio simplici non com
ponitur sed a nomine composito diriuatur

Significatio adverbiorum diuisas species habet Sunt
enim temporalia que preteritum tempus significant so
lum ut pridem nuper antea nudiustercius Sunt
alia que presens ut nunc presto vel et primus et non multo
ante preteritum imperfectum ut modo Terencius in andria
quod dolores mea tu accipiunt primulum Idem in Eun
tontumerumenon Age modo hodie sero at ne quicquam
voles Idem in andria modo patiens mihi apud forum
dixit Uxor tibi ducenda est pamphile Idem in eunucho
Parmeno thezea fiatne ita tamen hodie tamen audium modo Accipi
tur etiam pro infinito quo · et nunc Idem in eadem modo
do ait modo negat Inuenitur etiam pro dumtaxat ut virgilius
gilius in iiii^to Eneydos Si modo quod memoras factum

fortuna sequatur. Alia futuri solum ut cras postridie
pridie perendie. Alia communia diversorum temporum ut olim
dudum quondam. Virgilius in iio georgicorum depressis
olim statio tutissima nautis infinite dixit olim pro preterito
Oracius in primo sermonum Olim truncus eram ficulnus
inutile lignum preteritis. Virgilius in iio georgicorum Et iam
olim seras posuit cum vinea frondes frigidus et silvis
aquilo decussit honorem iam tum acer curas venientem
extendit in annum rusticus Idem in vo Et tumidis sum-
mersum tunditur olim fluctibus euri futuri Idem in primo
Eneydos forsan et hec olim meminisse iuvabit dudum
preteriti Terencius in andria Ego dudum non nichil veritus
sum Dave preteritis trium Virgilius in iio Eneydos Iam
dudum sumite penas. quondam preteriti Cicero in primo
Invectivarum Ista inquit fuit quondam in hac republica
virtus. futuri virgilius in bucolicis Quondam tua
dicere facta Tempus erit Idem in iio Eneydos.
Quondam etiam victis redit in precordia sanguis
instantis temporis protulit. Similiter aliquando Cicero
in primo Invectivarum Quibus tandem aliquando Idem in
iio Tandem aliquando quirites vel catilina Quando quoque
simplex et ex eo composita omnia aliquando siquando necquando que
et infinita sunt et in penultima acuto accentu proferuntur
quod etiam ab inde composita exinde perinde
subinde deinde proinde. quando autem et interrogativum et relativum
est et infinitum Interrogativum ut quando venisti. relativum ut

quem etiam inuenis peccaui Infinitum ut tamen ueniam faciam
Accentu tamen discernitur quod et nomina interrogatiua et relatiua
Inueniuntur tamen etiam pro aliquando et pro causali coniunctione vir
gilius in x° Aspera quis natura loci dimittere quando Sua
sit equos · quando dixit pro aliquando Idem in primo Eneydos
Hic tibi fabor enim quando hec te cura remordet · quando pro
aliquando hic accipitur ¶ Alia quoque localia sunt uel dis-
cretas uel communes sunt locorum significationes Discre
tas ad locum ut huc illuc quo In loco ut hic illic ubi quod
interrogatiuum penultimam acuit ut si dicam ubi est
pamphilus · relatiuum grauatur ut virgilius in primo
eneydos Sevus ubi eacide telo iacet hector ubi ingens
Sarpedon ubi tot symois correpta sub unda Quo et un
ut oratius in ii° sermonum unde et quo catius interrogatiuum
rogatiuum acutam penultimam habet · relatiuum grauatur virgi
lius in primo Eneydos Genus unde latinum De loco ut
hinc illinc inde · per locum ut hac illac qua · hec quoque
quo infinita omnia · i' quo ubi unde tamen relatiuum grauatur
in loco
aliter sunt sicut accentu Communes ut peregre sunt
ad locum · de loco · in loco
pegre abeo pegre aduenio · pegre dego Similiter po
ne · super · infra · extra ultra citra que etiam ca
sibus frequenter solent iungi grauari quod atque ideo a
quibusdam prepositiones esse putantur sed illa proprie est prepo
sitio que seperate nunquam potest sine casualibus proferri
ut e ex a abs ab de pro · sub in et similia Aduer
bia vero que iungi solent casibus etiam per eclipsim

casualiud solent proferri ut pone subit comminus et ultra citra quod
nichil est et quod adu̅bia etiam per se h̅nt aliquam certam signi
ficationem. Prepositiones vero non ut si dicam de. in nescio per se
quid significent nisi coniugantur cum aliqua dictione. si enim di
cam de partibus orationis aliam h̅t significationem et si di
cam de loco in locum aliam In superiore enim το περι. in
sequenti το απο significat. similiter de duco κατάγω.
descendo κατάγομαι Extra vero et pone et supra indu
bitabiliter h̅nt loci significationem. ex quo ostenduntur ma
gis aduerbia esse Sunt quedam vnam loci significationem
habentia que est ad locum ut orsum istorsum deorsum
sursum sinistrorsum dextrorsum / similiter adu̅bia osten
duntur composita italiam versus Siciliam versus que ipse
attentius ostendit esse composita nisi dicamus quod versus
inclinat sibi sup̅posita nomina Similiter militie in loco
solum inveniuntur quod vespere in tempore Et sciendum
quod pleraque adu̅bia localia pro temporalibus accipiuntur
ut virgilius in ii° Eneydos Inde thoro pater eneas
sic orsus ab alto pro deinde Et in primo Eneydos
h̅et vbi dicta cavum conuersa cuspide montem vbi
pro postquam Et Terencius in Eunucho h̅it ego illud
contempsi pre me pro tunc Temporalia autem pro lo
calibus non accipiuntur ut nunc modo nuper postquam
post̅ Decertatum est ne hoc etiam accipitur pro nequaquam
et pro ut non et pro valde pro neque ut Cicero in
iiii° Invectivarum ne dicam quidem opus est pro neque

dici apud e · pro ut non Terencius in adelphis ne dicam dolo
pro ut non dicam dolo pro valde ut idem in andria Ne illa
illum haud nouit cuius causa hec incipit ¶ Abnegatiua est
ut non haud minime nequaquam Sciendum tamen quod eciam alie par
tes accipiuntur pro aduerbiorum diuersis significacionibus et
est quando due pro una ut nullo modo nullatenus quo et ad=
iectiua loco nominum posita inuenimus ut virgilius in vno° Spo=
te sua simul et manenorum Lucanus in primo Tu satis
ad vires romana in carmina dandas Et Salustius in Ca
tilinario Satis eloquentie parum sapientie ¶ Confir
matiua ut profecto scilicet videlicet · quippe nempe ut
persius Nempe assidue · hec / due quoque partes pre
affirmatiue
ponuntur ut quid m · cur non sit est quid istic · quo
frequenter Terencius vtitur in confirmatione ut in adel=
phis Cauid istic accedo ut rectius dicas ¶ Iuratiua edepol
castor ercle medius fidius Per quoque preposicio potest
etiam pro aduerbio accipi iurandi ut virgilius in x° per
te per qui talem genuere parentes Idem tamen eciam confir
matiuum est aduerbium ut Terencius in andria Tu quidem nimium
per parte non laudo Sic quoque quo per coniunctionem causua=
libus et graui accentu prolatum iuratiuum est virgilius in
bucolicis Sic tua cirneas fugiant examina taxos ¶ Op=
tatiua vtinam · o · si ut virgilius in primo Eneydos Atque vtinam
rex ipse notho compulsus eodem Afforet eneas Idem in vno°
Assis o tantum et propius tua numina firmes Idem in vno°
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat nemore

in tanto vt āt ut si sunt etiam coniuctiones causales sed ut etiam similitudinis adūbiū ꝛc. pt etiam pro temporali ati pt pro post tpū virgilius in bucolicis ut vidi ut peri et ex hiis componitur vtinam ul vti invenitur etiam ut pro vtinā ut oratius in ijo sermonū O pater et rex iupiter ut pe reat positū ~~rubigine~~ rubigine ferrū pro vtinā vti enī et vt idem est Optativa heija aije Et notandum qd videtur hoc adūbiū etiam plurale habere agite ut virgilius in viijo Eneydos Ergo agite o iuvenes tantarū in munere laudum Remissi va sunt superioribus contraria ut pedetemptim sensim pau latim Qualitatis ut bene male Quantitatis ut nimiū parum parum hec āt plerumqꝫ a nominibus adiectiuis fiunt ut disertus diserte tersus terse maximus maxime paulus paulatim Nec non etiam a participiis siue verbis ut strictim minutatim cursim Dubitativa forsan for tasis et fortase fors forte forsit virgilius in xjo fors et vota facit tumulat qꝫ altaria donis Idem in po Eneij dos forsan et hec olim meminisse iuuabit Terentius in andria forma bona fortase Oratius in primo sermonū dissimile hoc illi est quia non ut forsit honorem iure michi inuideat quis ita te qꝫ amicū Congregativa lo ci sunt et temporis quia ut simul vna pariter in eodem loco et in eodem tempore virgilius in xjo Simul hic fit ingens Et in po Eneydos vna eurus qꝫ nothus qꝫ ruunt Discretiva seorsim secus separatim secreto vtrinqꝫ diuise singillatim bifariam omnifariam Similitudinis ut ceu quasi velut veluti sic sicut siciti vt vti hec etiam

coniunctioni enim sunt causalia ergo ideo ut illi significant grecas con
iuctiones virgilius in xi° Capias ut digna camille premia Ecce
in quo inmectuarim Illud vero nonne ita p(ro)b(at)ur est ut nutu deorum
optimi maximi factum esse videatur ut cum hodierna die ma
ne per forum meo iussu et coniurati et eorum indices in edem
concordie ducerentur eo ipso tempore signum statueretur ¶ Or
dinatiua deinde deinceps continuo protinus postea preterea
¶ Intentiua ut valde nimium prorsus penitus omnino ¶ Compa
ratiua ut magis minus hoc cum adversa qualitate coniunctio
contrarie qualitatis comparatiuum significat ut minus prudens
pro stultior et minus stultus pro prudentior ¶ Superlatiua ma
xime minime ocissime velocissime ¶ Et sciendum quod omnia que
ab aliis dirivantur illorum significationem uel qualitatem gen(er)alem
seu spiritualem ut a propriis demostenes demostenice dicit
Tullius tulliane salustius salustiane Similiter ab appellatiuis ge
neralibus a corpore corporaliter a quali qualiter ab alio aliter
a generali generaliter a speciali specialiter a latino latine a greco gre
ce a viro viriliter a muliere muliebriter ¶ Et nota quod plera que
ex nominibus sunt derivatiuis ¶ A grecis quoque nominibus dirivantur
adverbia ut ocis ocius ocissime sunt tamen nomina ocior ocissimus
preterea quod apud grecos anomale απο των εν ιατταν adver
bium dicitur sic et apud nos inequaliter ab vno semel profertur.
a duobus quoque pro greco dis nos bis dicimus ¶ Ceteri enim numeri
a vocibus suis faciunt adverbia tres ter quatuor quater ¶ A quinque
vero usque ad mille in es productam desinunt adverbia ut quinquies
sexties septies · sic reliqua ut supra dictum est ¶ A quot vero et tot i
ens inmantur quotiens et totiens Sunt igitur hec in alia
inueniuntur igitur apud nos adverbia diminutiua que apud

gretos non sunt ut clam clanculum bene belle bellissime Quo
dam sunt nomina synonima id est polionima vel polionima sic inveni
untur adverbia vel in una significatione multas habencia voces
vel in una voce multas habentia significationes ut ubi ισον
και ομοιον Similiter quo qua quando et infinita sunt et
interrogativa et relativa Quando autem etiam pro coniunctio
ne causali invenitur Tandem quoque non solum pro ad
verbio temporali sed etiam pro coniunctione expletiva invenitur
ut Cicero in primo invectivarum Quousque tandem abute
re Catilina patientia nostra O quoque diversas significationes
habet Est enim adverbium vocandi ut virgilius in primo
Eneydos O regina novam cui condere iupiter urbem
Est admirandi ut Iuvenalis in iiij^to O qualis facies et
quali digna tabella Est indignandi ut Cicero in primo in
vectivarum O tempora o mores Quandoque est optandi ut
virgilius in vimo Eneydos Assis o placidus que iuves et tu
a numina firmes Est etiam nomen ipsius littere In aliis
quoque multis adverbiis invenies diversas significationes
in una eademque voce quo etiam ex contrario in diversis
vocibus unam significationem ut qui olim dudum quondam
aliquando cito propere celeriter actutum ¶ De ordine quoque
adverbiorum queritur utrum preponi an supponi verbis ap
tius possint et manifestum est quod aptius quidem preponuntur
quomodo adiectiva nomina ut bonus homo bene agit fortis
imperator fortiter pugnat licet tamen tam hec quam illa pre
posteri proferre Exceptis monosillabis quidem omnibus ut
non ne diu tum temporali. per quod adverbium est
quando affirmationem significat sicut etiam vel cum pro

valde ponitur Et demonstratiua quoque et interrogatiua ppo-
nuntur verbis ut en ecce cur quare quamobrem. Similiter orta-
tiua et similitudinis et votandi et optandi ut eya aye quasi
ceu veluti heus o utinam Terentius in adelphis utinam ip-
sum salute illius fiat vel imitasse defatigaret virgilius in bucco-
licis Ut tua grineas fugiant examina taxos Idem in x° Ut
ita me referat tibi magnus O utinam Jupiter

Interiectionem greci inter aduerbia ponunt quoniam hec
vel adiungitur verbis vel verba ei subaudiuntur ut si dicam pape
quid video vel per se etiam pape etiam si non addatur miror
habet in se ipsius verbi significationem que res maxime fecit
romanarum artium scriptores seperatim hanc partem ab
aduerbys accipere quia videtur affectum habere in sese
verbi et plenam motus animi significationem etiam si non addatur
verbum demonstrare Interiectio tamen non solum sensum seu
affectum quem dicunt greci EIXETAIACMON significat sed etiam
voces que cuiuscumque passionis animi pulsu per exclamacionem
interiiciuntur Habent igitur diuersas significationes gaudii
ut euax. doloris ut ei virgilius in ii° Eneydos Ei michi qua-
lis erat quantum mutatus ab illo hectore virgilius in xi°
O dolor atque decus magnum rediture parenti Et in buccolicis
Doloris a silice in nuda conixa reliquit Idem in eodem Ah tibi
ne teneras glacies secet aspera plantas Amoris ut at at mi
homo sat indilosus es Terentius in eunucho Est et admira-
tionis ut idem in eodem pape hec superat ipsam taidam Inter
has ponunt etiam sonituum iteratarum imitationes ut risus
haha hehe et phi et heu et hau et hoe possunt tamen esse que-
dam dubie inter aduerbia et interiectiones ut o quando indi-
gnationem significat vel dolorem vel admirationem et accipitur

Quando vero vocandi est vel optandi adverbium. potest tamen etiam nomen esse ipsius littere ut supra diximus. A quoque et prepositio est et interiectio et nomen. prepositio ut a summo ad imum a domo. Interiectio ut premonstravimus in vocalibus esse positum. Nomen ipsius littere est ut a. pro quoque tam prepositio est quam interiectio. prepositio ut Virgilius in xii°. pro Latio Obtestor pro maiestate tuorum. Et in v° pro se quisque viri depromunt tela pharetris. Interiectio ut Lucanus in iiii° pro si remeasset in urbem Gallorum tantum populis atto quam subacta. Optime tamen de accentibus earum descripsit Donatus quod non sunt certi quippe cum et abscondita voce vel est non plane expressa proferantur et pro affectus commoti qualitate confirmantur in eis accentus. Alie tamen partes orationis singulares vel plurales solent interiective proferri ut Virgilius in primo Eneydos. Navibus infandum amissis unius ob iram. infandum pro interiectione posuit protulit. Proprie tamen voces interiectionum primitive sunt ut pape euax ei heu ehoe et similia.

Liber iste quintusdecimus in ordine habet duos tractatus. Secundus ibi interiectionem. In quo post hec aggreditur Priscianus de adverbio tractare. Cur autem statim tractet de adverbio non est questio. Sicut enim prepositio reperta est ut preiaceat obliquis casibus nominis ita quoque adverbium repertum est ut preiaceat verbo. Sicut ergo verbum post nomen ponitur ita quoque adverbium quod propter verbum repertum est debuit poni post prepositionem que causa nominis reperta est. Bene autem ponitur adverbium ante coniunctionem cum coniunctio reperta sit ad coniungendas alias partes orationis et hic augere adverbia sicut ceteras partes orationis ut bene et docte legit. Si queras que causa fuit inventionis adverbiorum dicimus quod quia ea que significantur per verba determinantur. Tractat autem hic ordine. Diffinit primus

adu̾bium deinde diuidit ad ultimum enumerat accidentia adu̾bij et est
contra ea hec p. h. Primus itaque tractatus est quatuor ca^la
et primum est duas partes principales Nam in p̾ma diffinit ad
u̾bium In secunda diuidit ibi Sunt igitur Quantum quo ad primum
dicit sic Aduerbium est pars orationis quod quia declinabilibus
conuenit addit indeclinabilis et quia hoc est que cum ceteris
indeclinabilibus adiungit cum significatio v̾bis adijcitur i. q̾ addit̾
inuentum est ut v̾bis adijciatur ita ut eorum significatio de=
clinet significationem verborum Sicut enim adiectiua nomina
sunt se ad substantiua ita quoque adu̾bia sunt se ad v̾ba
Et vide quod cum ait uel dicat Adiectiua nomina substa-
tiuis adiungi valuit dicere ipsum adu̾bium v̾bis adiungi s. diuersit
cum significatione v̾bis adijcitur quod ideo fecit quia communi
menter dicuntur voces vocabulum adiungi cum eadem
accidentia sunt sibi consignum Adiectiua vero nomina
